ecclesiā institutionē. Vides tertio similibus & ipsos dū presbyteros ordinarent cæremonijs usos fuisse, nēpe manū impositione, precationibulq; & ieunij. Postremo cōpertum habes ministerium eis creditum, haud prius expletū fuisse, q̄ ista p̄fecissent. Nā quū ista consummasset Lucas narrat eos Antiochiam rediſſe, unde & traditi fuerant gratiæ dei in opus(ut ait)quod ipsi compleuerunt.

XXIII

Marcii. 3.

Iohann. x.

Prælatus s̄rite  
uocandus est.

Perspicuū est igit̄ Barnabā & Paulū fuisse uocatos, ordinatos, & missos, nec dissimiliter postea uocasse, ordinasse, & misisse cōplures alios. Verū quid moror̄ Chrūs ipse primos ap̄los ita uocauit, instituit, & misit. Sic em̄ Marcus paucis tradiſit. Ascēdit(inquit) in monte Iesus & uocat ad se q̄s uoluit ipse. Ecce uocatio. Et fecit duodecim ut essent secū. Ecce iſtitutio. Et ut emitteret eos ad p̄dicādū. Ecce missio. Quisq; nō ita uocat, ordinatur, & mittit per ostiū haudquaq; intrat in stabulū ouiū, neq; huic aperit ostiarius, sed plane sur est & latro. Nā præter Christū uenit a seipso missus. Et tales haud dubie fures sunt & latrones. Omnes(inquit)quotquot aī me uenerūt, id est, qui propria authoritate & priusq; Chrūs eos uocauerit irruunt in caulas, fures sunt & latrones. Dilucidū est igit̄ ex scripturis q̄ nemo legitime pastoratus officiū exercet, nisi per ecclesiæ præsides rite uocatus ordinatusq; fuerit atq; missus. Neq; potest, honore saluo, Lutherus ab hoc axiomate dissentire, quū tā aperte subscriperit eidē. Sic em̄ in commentarijs ad Galathas ait, huc tendūt ea omnia, ut uideas q̄, ta cura Christus ecclesiā suam instituit, atq; muniuit, ne temere quisq; docere præsumeret, nisi ab ipso, uel a se missus sit. Hæc Lutherus. Quibus uerbis abunde subscribit axiomati nostro, pro cuius ueritate iam satis opinor dictum est.

## SEPTIMVM AXIOMA.

Quotquot ita per ecclesiæ pastores ad pastoratus officia legitime fuerint instituti, non est dubium quin a spiritu sancto pariter asciti sint.

XXIIII.



Erspicuū fuit ex proximo superiori, sp̄m sanctū formulā quandā & ritū tradidisse, per quē pastores ordinarent. Nā quū essent Antiochiæ (ut diximus)

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XVI

nō nulli prophetæ simul & doctores q sacrificijs & ieunijs in  
cūebant, inter q̄s erant Barnabas & Saulus, iussit illis spiritus  
sanctus, ut hos in ministeriū ad qd sp̄us eos accersuerat sege-  
rat̄. Ecce tāet si Barnabas & Saulus p sp̄m i ministeriū apo-  
stolicū accersiti fuissent, uoluit tñ eos sp̄us p prophetas & do-  
ctores, q tū aderāt, segregari. Quod sane uerbū si nihil aliud si-  
gnificet, q simplicē missionē frustra tot cæremonijs propheta-  
tæ doctoresq̄ tū p̄sentes fuissent usi. Nā ieunabāt, & p̄cabani  
atq̄ manus illis imposuerūt, priusq̄ eos dimiserāt. Quocirca <sup>Paulus ordī</sup>  
<sup>natus ap̄lus.</sup> manifestū est eos, tūc ap̄los hoc ritu fuisse cōstitutos. Nec est  
q̄ quisq̄ cauileat Paulū aī fuisse a Christo uocatū. Nā aper-  
tissimis indicijs partim ex hoc loco, partim ex alijs q̄s dicemus  
cōpertissimū erit, Paulū iā apostolū ordinatū fuisse. Et primū Apostoli nos  
est q̄ Lucas, eius historiæ scriptor, quū Paulo fuisse addictiſ men mutatur  
simus, nusq̄ tñ ante id tēporis, eū uocauerit Paulū, sed Saulū  
semp. At protinus, ut fuisse Saulus in apostolatū segregatus  
Lucas eum perpetuo uocat Paulum.

Alter⁹ indiciū est, & nec leue qdē, nēpe q̄ Saulū post cete-  
ros oēs, idē Lucas postremū facit. Sic em̄ in illo capite habet.  
Erāt aut̄ qdā in ecclia, q̄ erat Antiochiae pphetē ac doctores  
Barnabasq̄ & Symon qui uocabat niger, & Lucius Cyrenen-  
sis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ a puero famili-  
aris, & Saulus. Ecce postremo loco Saulus numeratur. Id qd  
neutiquam fecisset Lucas, si iam pro apostolo Paulus fuisse  
habitus. Neq̄ enim post prophetas & doctores apostoli sunt  
locandi, quum dicat ipse Paulus. Et primum quidem aposto-  
los, deinde prophetas. <sup>I.Corin.1z.</sup>

Tertiū indiciū est, q̄ nusq̄ alibi legiſ Barnabā fuisse consti-  
tutū apostolum, quem tamen omnes apostolum & esse & ha-  
beri non dubitamus. Quamobrem si tunc Barnabas creatus  
apostolus fuisse, cur non similiter & Paulus, quū plane con-  
flet ambos in idem genus ministerij fuisse uocatos. <sup>Actoriū.1z.</sup>

Quartū indiciū. Quid em̄ opus alioqui fuisse ut in horum  
emissione cæteri ieunaret & precarent, ac demū illis manus  
imponerent? Manū enim impositione, gratia cōferat, ut quū  
alibi, tum in ijsdem actis s̄aepe legimus.



## CONGRESSVS SECUNDVS

Postremum est, q̄ ipsi tunc potestatem acceperint constitue<sup>re</sup> di creandiq; presbyteros impositione manuum suarū, quēad modum in fine capit. 14. satis dilucidum est, ubi sic habetur χειροτονίσαντες δέκατοι πρεσβυτέρους κατέκηλοις, hoc est quā ipsi manuum impositione creassent illis per singulas ecclesias presbyteros. Nec manus imponebant solū, uerū etiā iejuna bant, & precabantur, ut & illic traditū est. Ieiunijs igit̄ & precationibus atq; manū impositione presbyteros consecrabant, & consecratos præfecerunt plebi. Porro ut intelligas hoc ipsum non nihil fuisse muneris illis iniuncti, subdit̄ eos rediisse Antiochiā, unde erant traditi gratiæ dei, in opus quod compleuerunt. Presbyteroq; igit̄ creatio pars fuit muneris & ministerij qd illis Antiochiæ credebat. Nā aī nō fuerat cōpletū eorum ministerium qd ad hūc modū p̄s byteros cōstituissent. Simil & illud aduerte quod Lucas dicit, illos idē fuisse traditos gratiæ dei. Quis em̄ ambigere potest, quā iubente spiritu, prophetæ & doctores tanto studio, hoc est iejunijs, precationib; & manū impositione illos ordinassent, quin ab ipso spiritu quberrima fuissent afflati gratia.

XXV

Roma. I.

¶ Ad hæc. Et Paulus ob hanc segregationē gloriaf apud Romanos, segregatū se fuisse in euangeliū dei. Et plane quā ita fuerant dimissi, scriptura tradit eos ab ipso spiritu fuisse tū emissos. Sed inquies, cur Matthias non fuit ad hunc modum ordinatus? Certe qd nondū uenisset spūs qui ritum hunc dicebat. Verū postea ritus idē in cæteris passim obseruabat. Nam (ut diximus) Paulus & Barnabas iejunijs, & precationibus, atq; manū impositione presbyteros per singulas ecclesias creabant. Quid multis opus est? Omnes huiusmodi presbyteros qui sic, aut per Barnabā & Paulū, aut per alios qui pari potestate fungebant ordinati fuerant, nō dubitauit affirmare Paulus a spiritu sancto fuisse constitutos, & in hoc ipsum quidem ut regerent ecclesiā dei. Propter quod & cōplures presbyters ex Epheso Miletū ad se uocatos, hunc in modū allocutus fuit. Attendite (inquit) uobis & cuncto gregi in quo uos spiritus sanctus posuit epōs ad regendū ecclesiā dei. Ecce tamet si per manus hūc minū fuissent in id regiminiis constituti, nihil

A&t. 20.

Questio.  
Ratio.

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XVII.

tamen ueritus est id negotij tribuere spiritui, simul & asserere diuinitus id fuisse factū. Erant igit̄ a spiritu sancto constituti q̄cūq; siue p ap̄los, siue p eorū successores iuxta ritū legitimū pastores ordinati fuerāt. Sed & quū ætas eadē, ut aī diximus atq; successio nō solū ad hūc usq; diē, sed & in finē usq; sæculi perdurabit, consequens est, ut omnes quotquot per ecclesiæ Conclusio præsides, ad ea munia legitime uocati fuerint, & instituti, non aliter q̄ ab ipso spiritu qui ppetuo residet in ecclesia cōstitutti credēdi sunt. Atq; hæc pro septimo axiomate sunt dicta.

OCTAVVM AXIOMA.

¶ Insuper h̄dem in suis ordinationibus ab eo dem spiritu, gratiæ donum accipiunt, quo reddantur ad opus ministerij sui sanctius ob eundum magis idonei.

**P**Rincipio perspicuū istud fieri potest, ex ipsiis Pauli XXVI. uerbis, qui Timotheo scribens, quē nemo nō affirmat a Paulo fuisse constitutū episcopū. Sic ait. I. ad Timo. 4. Ne neglexeris quod in te est donū, quod datū est tibi per prophetiā cum impositione manū authoris Paul⁹ ordinat⁹ sacerdotij. Ecce Timotheus autoritate sacerdotij q̄ præ uit Timotheū ditus fuerat ille, quisquis Timotheū ordinarat, gratiæ donum accepit. Et quis nā is fuit, qui sic Timotheū ordinauit, apert⁹ us indicat ep̄la ad eundē posteriori, cap. I. Commonefacio inquit te, ut luscites donū dei quod est in te, per impositionē manū mearū. Ecce denuo testatur Timotheū, quū is ordinaret, gratiæ donū fuisse consecutū, seipsumq; Paulus prodit ordinatore ī ipsius fuisse. Nā quū ordinaretur quispiā, ordinatores ei manus semper imponebant, ut postea demonstrabimus. Donū itaq; gratiæ Timotheus accepit quū ordinaret a Paulo Neq; dubiū est quin Paulus id ipsum fieri censuerit de cæteris per alios, qui pari secū autoritate fungebant. Porro donum istud gratiæ tunc quū ordinaret Timotheus fuisse datū, axiōmate proximo docebimus, & non quū esset a Paulo baptizatus uti Lutherus cauillatur.

¶ Neq; soli Timotheo data fuit hæc gratia, ueruetiā Tito, XXVII cæterisq; quicunq; per eos ordinati fuerint. Sed & reliquis de

E



## CONGRESSVS SECUNDVS

mū oībus, qui uel p ap̄los, uel per alios qui potestatē ab a p̄lis accepissent, gratiā donari nullus ambigere debet, modo non per eos ipsos steterit qui sic ordinabant. Et quid uerat, quo minus a spū gratia collata sit ejſdē copiosa? An non ipse spiritus sanctus fons exuberantissimus est gratia & om̄is? An nō ob id potissimum in ecclesia nobiscū residet, ut gratiā istā imp̄iat ad ecclesiæ totius ædificationē? An nō Paulus quum clamat ad Epheseos. 4. Vnicuiq; nostrū datā esse gratiā, docet eam alia mensura datā apostolis, alia prophetis, alia euāgelistis, alia paſtoribus & doctoribus, singulis tñ horæ eā donari testat, atque id quidē ad instaurationē sanctoꝝ in opus administrationis, in ædificationē corporis Christi, quod est ecclesia. An non

I. Cor. 3. Paulus qui se uocat architectū, gratiā ob id accepit, ut ædifica retur ecclesia? Qz si Paulus eo fine gratiā acceperit, quū ædificiū istud adhuc minime consummatū sit, oportet & iā alios architectos esse, quibus & gratia pariter ad ædificationem largiatur. Quum em̄ tabernaculum foederis ædificaretur, ut supra meminimus, spiritus sanctus quosdā impleuit omni sapientia, intelligentia, & scientia quo possent in opere quoquis ex cogitare quicquid esset egregie fabricandū. Ea munificentia spūs usus est, quū nondū uenisset tempus plenitudinis gratiæ. Nunc ergo missus, quū exuberat gratia, & ad hoc præcipue missus, ut ecclesia construāt, sic huius structuræ artifices & a se quoq; constitutos contemnet, ut gratiā eis nullā imp̄iat. Quis hoc præter unū Lutherum credat? Non inficias eo qn. populus quoq; gratiam acceperit.

XXVIII ¶ Cæterū ut par est alia mensura populus recipit q̄ pastores & gubernatores populi, Hoc inter præsides & populū interest, ut Paulo placet, quod inter architectū, & id quod ædificat, quod inter agricolā, & agrum qui colit. Sic em̄ Paulus .I. ad Corin. 3. dicit. Dei sum⁹ cooperarij. En se cæterosq; præsides cooperarios dei uocat. Dei ( inquit ) sumus cooperarij. Plæbem uero quid? Certe cooperarios neutiquam eos uocat sed magis id quod artis opera tractatur. Ad plæbem enim dicit. Dei agricolatio, dei ædificatio estis. Plæbem ergo Paulus appellat agricolationem & ædificationem dei, cuius coopera-

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XVIII.

rios, tū se, tū ceteros ecclesiarum præsides nuncupat. Nam & Deus agricola dicitur  
si deus agricola præcipuus sit præsides tamen ecclesiæ simili-  
ter in scripturis agricolæ uocant. Nā in euāg elio Matt. dicit Mat. 21.  
Mali quū sint male pdet, & uineā suā locabit alijs agricolis, q  
reddent ei fructū temporibus suis. Ecce tempore legis, agricola  
fuerunt legis ipsius ministri, quos, q malii fuerint, male  
perdidit uineæ dñs. At nunc euangelij tēpore uineā suā alijs  
agricolis, hoc est, alijs ministris locauit excolendā, q̄s & affir-  
mat fructū suis tēporibus allatuos. Agricolæ igit̄ quibus iā Prælati sunt  
uinea dei locat, hauddubie præsides ecclesiæ sunt. Atqui prius agricolæ.  
oribus agricolis multā sane gratiam spiritus obtulit, q̄diu se  
dignos exhibuerant ea gratia. Nā ut supra diximus quū non  
solus Moses sufficeret, ad tanti populi gubernationē, quibus  
dā senioribus per Mosen delectis, numero septuaginta, deus Nume. 11.  
impartiit de spū qui Mosi traditus fuerat, quatenus & ipsi q̄s  
q̄ redderent ad gubernandū populū magis idonei. Istud illis  
agricolis fecit deus pro pplo quē alioqui repudiandū uidit,  
Et his, quos ad excolendā plebē sanguine filiū sui redemptā in  
stituit, de spiritu Christi nihil impertiet.

¶ Adde, q̄ in illo pplo, hi q tēplo p̄fuerūt, nō mō sacerdos XXIX.  
ipse maxim⁹, ueruetiā & minores q̄q̄ sacerdotes ungebanū in Leui. 8  
eoꝝ ordinatione. Quamobrē si quadret umbræ ueritas, ut &  
cerne quadrare debet, oportet eos q pastores ecclesiæ p maiorꝝ  
manus ordinant, unctione spūali grā interi⁹ deliniri. Nā grā  
spūs, unctio qdā spūalis est. Hic Lutherus exulta unctionem Obiectio  
istam asserens cunctis christianis esse cōmunem, & proinde  
christianū unūquemq̄ sacerdotē esse cōtendit. Chīm em̄ dis-  
cit esse sacerdotē summū, ceteros aut̄ christianos omnes, esse  
minores sacerdotes. At hic quū sibi tū alijs Luther⁹ imponit, Dilutio  
Nā si Chīs nobis summ⁹ sacerdos fuerit, & ceteri q̄q̄ chīiani Nō oēs chīia  
minores habēdi sint sacerdotes, ubi nā populus erit. Si ueri⁹ ni sunt sacer-  
tas umbræ respōdeat oportet p̄ter summū sacerdotē, & plae dotes  
bē minores quosdā esse sacerdotes, q̄ mediēt inter summū ip-  
sum, & infimū populū. Deinde palam est, nō quemq̄ christi  
anū ecclesiæ præfici, neq̄ populo sacerdotem esse, sed sibi soli  
Nos uero de sacerdotibus loqm̄ur q̄ populo sacerdotes sunt,

E 2



## CONGRESSVS SECUNDVS,

& ecclesiis ipsis rite præficiunt, quales ante monstrauimus, oportere uocari, uocatos autē institui, & demum institutos, ad ministeriū suū emitti. Non autē ita uocant, instituunt, mittuntur singuli christiani. Quamobrē neq; ad hunc modū sacerdos Nō oēs eadē tes habendi sunt quicq; christiani. Cæterū christianos & singulare uncs los quidē neutiū inficiamur unctos esse, sed ad militandū unti sunt. ctos, non ad euangelizandū. Christus uero se dicit unctū ad euangelizandū. Sic em̄ Esaīā de se uaticinantē recenset Lucas 4. Sp̄ritus (inquit) dñi sup me, propterea q; unxit me, ad euā gelizandū pauperibus misit me. Vnctus est ergo Christ⁹ gra tia spirituali, ut paupib⁹ euangelizaret. In qua unctione soli Pastores unguntur ad eū pastores Christo cōmunicant. Nā ut euangelizandi munus uangelizādū, efficacius impleant, unctione sp̄us interius ungunt. Et hi non sibi solis, uerū etiā populo sacerdotes constituti sunt, & ecclesiis iure præficiunt, utpote rite uocati, creati q; & missi. Quis iā dubitare potest istos accepisse grām, ab ipso gratiarē omniū fonte & datore sp̄ū, a q; pastores & architecti agricolæq; populo pariter & eccliae dati sunt. Sed iā pro isto axiomate satis.

## NON V. AXIOMA.

¶ Eam tamen gratiam spiritus ad exhibitionem signi cuiusdam sensibilis donati uult, quo rite præstito gratiam protinus datam esse credamus

### XXX.

Plurima oporet credi i scri pturis non ex presla.



Vanq; scriptura sacra non istud palā expresserit, tamen ex his quae in ea tradunt, potest apertissimum esse. Neq; em̄ semper in scripturis exprimunt omnia, quae nihilominus cuncti uera credimus & indubitate. Nā ubi quae so scriptū est, q; aut Christus apostolos docuerit, aut sp̄us iusserit, quatenus apostoli manus baptizatis imponerent, & tamen cōstat eos id ipsum haudquaq; inanter fecisse. Nā quū ad Philippi diaconi prædicationē Samari, tae credidissent, & essent baptizati, nō tamen ante sensibilitet spiritū sanctū acceperunt, q; Petrus & Iohannes iisdē imposuit, illi sent manus. Quamobrē & Simon qui prius arte magica gente illā dementarat, cernens, eos per manū apostolicaq; impositionē tū afflatos spiritu, studuit hanc sibi facultatē pecunij cōparare, nimirū ut cuicunq; manus ipse imposuerit, mox in-

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XIX.

de spiritū sanctū obtineret. Et quis credat apostolos id tenta,  
re uoluisse, nisi per spiritū hoc ipsum ante fuissent edocti. Ve Nō ōes ap̄los  
rū eruditōes  
tū ita spiritū eos docuisse nusq̄ in scripturis aperte legitur. Sic  
multa sunt profecto quæ per ap̄los ecclesię tradita fuerāt, que  
tamen ab eis nusq̄ erant scripturis cōmendata. Liquet istud,  
quū ex alijs, tū ex Eusebi Cæsariensis historia, qui cap. 36. lis-  
bri. 3. sic ait. Quū Ignatius per Asiam sub custodia nauigaret  
singulas quasq̄ digrediens ciuitates, & ecclesiæ populos euā-  
gelicis cohortationibus edocebat in fide persistere, & obser-  
vare se ab hæreticorū contagīs, qui tunc primū copiosius cōcē Traditiones  
perant pullulare, & ut diligentius ac tenacius apostolorū tra/ ap̄lorū ab Ig-  
ditionibus inhærerent, quas traditiones, cautelæ gratia, & ne natio scriptarē  
quid apud pastores remaneret incerti, etiam scriptas se assē sunt.  
tit reliquiste. Hæc Eusebius. O si liber ille iā extaret, in quo  
traditiones apostolorū Ignatius digesserat, non est dubiū quin  
multa quæ iā desyderant, in eo clarissime cerneremus. Sed ut  
ad institutū reuertamur. Sicut non citra mandatū & doctrinā Aucto. 8.  
spūs, ap̄lī spiritū sanctū baptizatis impositione manuū cōtule-  
runt, ita per eiusdē spūs eruditōne, etiā ordinandis imposue-  
runt manus, ut & ipsi grām peculiarē adepti, munus suū effi-  
cacious adimplerent. Neutrū horū quisq̄ christianus in dubiū  
reuocare potest, quū de utriusq̄ facto tā aperte constet in scri-  
pturis, licet de neutrī mādato, quicq̄ illuc certi sit proditum XXXI

¶ Porro q̄ impositione manuū, ordinationes siebāt ex mul-  
tis scriptute locis apertissimū est. Et primū ex ip̄sius Pauli uer Ordinationes:  
bis ad Timotheū, quæ iā denuo recensere non inutile fuerit, siebāt manuū  
Sic enī ait in ep̄la priori cap. 4. Ne neglexeris quod in te est impositione  
donū, quod datū est tibi per prophetā cū impositione manuū  
um authoritate sacerdoti. Et rursum in ep̄la posteriori cap. 1.  
Cōmonefacio te, ut suscites donū dei quod est in te per impo-  
sitionē manuū meā. Ecce per impositionē manuū Pauli, Ti-  
motheus gratiæ donum accepit. Cauillli:  
Nec est q̄ Lutherus cauillet hanc manuū impositionē fuisse exclusio-  
factā, quū Timotheus a Paulo baptizaret. Nā bis ei manū im-  
ponebant, quēadmodū & de Paulo factū, acta palam docent.  
Semel enī Paulo per Ananiā, quū baptizaret, manus erāt im-

## CONGRESSVS SECUNDVS

positæ, quæadmodū in actis. 9. cap. tradit, atq; ite p proph  
Acto. 15 tas & doctores, qñ iussu spūs in apostolatū segregabat. Sic pa  
Manusbis Ti  
mo:heo im  
positæ sunt.  
riter & Timotheo manus bis erat impositæ, semel ut cōmuni  
ter fieri solet, post baptismū susceptū, de qua manuū impositi  
one ei facta scriptura nihil meminit. Et denuo, quū ordinaret  
epūs, de q̄ iā Paulus apte scribit. Nā p̄spicuū est ex uerborum  
ipsorū circūstantia donū illud de quo loquit̄ Paulus erudien  
dæ plæbis causa Timotheo fuisse datū. Præmisit em̄ Paulus,  
donec uenero attēde lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Quā  
obrē & palā est fuisse datū, quū ordinaret episcopus.

### XXXII

Timothe⁹ nō  
leḡt a Paulo  
baptizatus

¶ Adde q̄ nusq̄ ex scripturis Lutherus ostēdit Timotheū  
a Paulo fuisse baptizatū. Circūcisum utiq̄ nō negam⁹ a Pau  
lo fuisse, quæadmodū in actis ca. 16. tradit. At baptizat⁹ a Pau  
lo nusq̄ legit̄ in scripturis. Q; si p̄ter scripturas Luther⁹ uelit  
quicq̄ testimoniū producere, nō est æquū ut id ei suffrageat, cū  
is aduersum se nihil p̄ter scripturas dignet admittere. Cæterū  
neq̄ Paulus nisi q̄ rarissime baptizauit, quæadmodū & ipse de  
seipso testat̄. I. ad Corin. I. dices. Nō misit me Chrūs ut bapti  
zarē, sed ut euangelizarē. Ad hæc in actis ca. 16. tradit, q̄ po  
steaq̄ a Barnaba Paulus fuisse separatus, is Timotheū apud  
Lystrā repperisset, matre ch̄riana, prognatū, & iā discipulum  
factū. Quo satis enitet eū ante fuisse baptizatum.

### XXXIII

Acto. 16

I. Timo. 5

I. Timo. 3  
Timothe⁹ fu  
iteps ordinat⁹  
cū potesta  
te consecran  
di alios.

¶ Paulus igit̄, ut illic a ſta tradunt, allumptū fecū Timothe  
um propter Iudæos circumcidit, & eodem ceu ministro, non  
paucos dies, utebat̄, ut experiret quid eſſet in homine. Nā &  
hoc ipsum seruare uoluit, quod & alijs mandauit obſeruandū  
Iussit em̄ eidē Timotheo iā ep̄o facto, ne cito manus cuiq̄ im  
poneret. Id qđ haud dubie pro ordinādis, & nō pro baptizan  
dis, fieri iussit, quū credētes euestigio baptizari solebant. Sed  
& pro diaconis p̄cepit eidē, quaten⁹ probarent̄ primū, ac sub  
habuit secū, nimirū ut periculū eius faceret. Postea uero quū  
eſſet probatus, manuū suaq; impositione cōſtituit ep̄m, & ec  
clesiæ p̄fecit, eundēq; potestate donauit alios ita cōſecrandi.  
Nā priori ep̄la ca. 5, uetus ne cuiq̄ ipſe temere manus impo  
neret. Neq; dissimiliter idē ipſe Paulus Titum ep̄m cōſtituit,

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XX

Cretensibusq; præfecit cui & authoritatē dedit alios itē cons  
secrādi, q̄s idoneos eo munere iudicarit. Huius(inquit)rei grā  
reliqui te in Cræta, ut q̄ desunt pergas corrigerē, & cōstituas  
oppidatim presbyteros, sicut ego tibi ordinārā. Neq; dubiū  
est quin simili manuū impositione, tā iſe Titum, q̄ Titus ali  
os consecrarit. Ad quē modū & Paulus iſe pariter ac Barna  
bas fuerant in apostolatū segregati, ut in actis ca. 13. traditur. Cæremoniæ  
in ordinatiōis  
bus obseruate  
Nā prophetæ simul & doctores, qui tū erāt Antiochiae, quū  
a spū mandatū accepissent, iejunabant, & precabantur manusq;  
demū illis imposuerunt, atq; ita tradiderunt gratiæ dei. Ecce  
quot cæremonijs usi fuerant in illorū ordinatione. Ad eundē  
modum & iſi, nempe Paulus & Barnabas, quū presbyteros  
ordinarent, ieunijs item & precationibus atq; manuū imposi  
tione sunt usi, quēadmodū in actis cap. 14. legitur, uti superi  
us memorauimus. χειροτονίας αὐτες, hoc est, quū manibus cre  
assent illis, nēpe discipulis, de quibus proxime locutus est, pres  
byteros p singulas ecclias, precatijs essent cū ieunijs cōmen  
dauerūt eos dño. Et q̄q illud uerbū χειροτονίας αὐτες ab autho  
ribus Græcis populo magistribuit. Nā ita solebat populus  
manuū eleuatione magistratus eligere. Istud tñ hoc loco non  
est ad sensum Lucae. Neq; eñ de poplo iā hoc scriptū est, sed  
de iþis apostolis, nimis q̄ hi manibus nō quidē eleuatis, uti  
populus consuevit, sed impositis creabāt presbyteros, hoc ē  
manuū impositione constituerunt, & eosdem populo præfe  
cerunt. Hieronymus igit̄ super Esaiā ca. 58. dicit p χειροτονία  
intelligi clericorum ordinationem, quæ non solū ad impreca  
tionē uocis, sed ad manus impositionem impletur. Hieronymus  
XXXIII

¶ Et quanq; de diaconis pariter traditū lit, q̄ & iþi manuū gratiam con  
impositionibus ordinabant, & proinde gratiam aliquam con sequabantur.  
secuti sint, non est dubium tamen, quin ut hi gradus diuersi  
fuerint, ita & diuersæ functiōis cooperatricem gratiam acce  
pissent. Imposuerunt quidem & his apostoli manus, quate  
nus gratiam functionib; suis congruam acciperent, quem Manuū impo  
admodū in actis ca. 6. refert. Iusserūt eñ duodecim, ut ceteri nebantur dis  
fratres circūspiceret ex seipsis uiros septē spectatæ fidei, qbus aconis  
iþi munus istud delegaret. Illud negotiū fratrib; iniūctū fuit,

Diaconi quā



## CONGRESSVS SECUNDVS

ut pote qui melius alioꝝ cōuersationē nosſent, q̄ apostoli. Ve  
rū apostoli per manū impositionē ipsum diaconi mūnus ilo  
lis conferebant. Sic em̄ in eodē cap. scriptū est. Hos nēpe se  
ptē nominatos statuerunt in conspectu aploꝝ, & hi quū orā  
sent, imposuerūt illis manus. Cæterꝝ apostoli nunq̄ illis impo  
suissent manus, niſi spūs illustratiōe didicissent gratiā inde sub  
secuturā. Id quod in quibusdā eoꝝ satis dilucide comprobatū  
fuit. Nā de Stephano scriptū est, q̄ erat plenus gratia & for  
titudine. Et Philippo tradit̄ q̄ sermone, signis, & prodigijs,  
æditis conuertit Samaritas ad Christū. Ex his nihil ambigo,  
Gratia dabat̄ quin cunctis perspicuū sit, hoc sensibili signo uidelicet imposi  
manuum im  
tionis manuū, donari gratiā, ijs qui rite per ecclesiæ præsides  
positione in officio pastorum ordinantur.

Autorū, 7.

## DECIMVM AXIOMA.

¶ Qui sic pastores ecclesiārum & presbyteri  
legitime fuerint ordinati, uere dei sacerdotes,  
& habentur & sunt hauddubie.

XXXV



Onstat primū ad aploꝝ & eoꝝ successores fuisse di  
ctū, quod scribit̄ Esaiæ. 61. Vos aut̄ sacerdotes dñi  
uocabimini. Ministri dei nostri diceſt uobis. Forti  
tudinē gentiū comedetis. In gloria eaꝝ superbietis  
Ecce prædixit Esaias futurꝝ, ut ecclesiæ principes sacerdotes  
dñi, & ministri dei uocarent. Sic em̄ omnes qui locū hunc ha  
ctenus enarrarūt ad sensum istū, interpretati sunt, neq̄ potest  
quouis pacto niſi per temeratore quēpiam aliter detorqueri.

Hieronymus in cōmētarijs super Esaiā hunc locū enarrās,  
ita scribit̄. Aedificatores urbiū desertaꝝ & pastores gregum,  
qui ipſi sunt uinitores & aratores, hoc est filij peregrinoꝝ, ipſi  
ſi quoq̄ sunt sacerdotes dei, ad quos propheta nūc dicit. Vos  
aut̄ uocabimini sacerdotes dñi, & ministri dei nostri diceſt uo  
bis, hauddubiū quin ecclesiāꝝ principes significet.

Et Clemens in ep̄la ad Iacobū ubi de presbyteris & epis  
copis loquit̄ eadē ipsa uerba recenset, ad hunc modū. Per pro  
Esaiæ. 61. phetā (inquit) loquit̄ dicēs. Vos aut̄ sacerdotes dñi uocabimi  
ni. Ministri dei nostri diceſt uobis. Fortitudinē gentiū come  
detis, & in gloria eaꝝ superbietis &c. Et iſſud certe in aploꝝ

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXI

& eorū successores cōpetit. Nā hi fortitudinē gentiū comedērunt. Robustissimos eīm eorū conuerterunt ad fidē, & Christo incorporarunt. Sic eīm ad Petru pro gentibus dictum, est, Macta & comedē. Gloriā autē gentiū fecerunt contemptib⁹ Adorū. x lem, quando gentes per sapientiā & eloquentiā, de quibus tā topere gloriabantur, non ualuerunt aplis resistere. Et hi certe nec ab Ethniciis, nec a Iudaeis infidelibus, quoq; neutri cōmuñē sibi deū cū Christianis agnoscere uoluerunt, neutiq; uocati sunt sacerdotes dñi, & ministri dei nostri, sed a ch̄ianis qui bus hoc noīe semp cognominabant. Dilucidū igit̄ est ex hoc uaticinio, pastores ecclesiæ uocari debere sacerdotes.

¶ Cæter⁹ hoc ipsum ex nouo testamento similiter demon XXXVI. tremus. Principio negare Lutherus nō potest, quin Christ⁹ ipse sacerdos fuerit secundū ordinē Melchisedech. Id eīm a pertissime David prodidit suo uaticinio. Iurauit (inquit) dñs, Psia. 109. & non p̄cnebit eū, tu es sacerdos in æternū secundū ordi⁹ Hebr. 7. nē Melchisedech. Quæ uerba Paulus ad Hebræos recensens docet Christū iuxta ordinē Melchisedech & nō iuxta ordinē Aaron sacerdotē esse. Quod si uerū sit, oportet ut ijsdē rebus sacrificauerit Christus, quibus & constat Melchisedech olim sacrificasse. Porro de sacrificio Melchisedech apertū est Ge⁹ ne. 14. q; sacrificauerit in pane & uino. Sic eīm illic scriptū est Melchisedech rex, salē protulit panē & uinū. Erat eīm sacerdos dei altissimi. Quamobrē & in pane ac uino Christus de⁹ buit sacrificare. At nusq; istud fecit, præterq; in cœna, quan⁹ do sub specie panis & uini, corporis & sanguinis sui sacramē Christus i pa⁹ ne & uino sa⁹ crificabat Lucæ. 22. tū instituit. Quocirca palā est eū in cœna sacrificasse. Opinor neminē esse tā impiū, aut impudentē, ut istis contradicat. Nā ita pendet & cōsequit̄ alte⁹ ex altero ut illo concessio iā istud necessario subinferat. Si Christus iuxta Melchisedech ordi⁹ nationē sacerdos fuerit, oportuit eū & simile sacrificiū offerre quēadmodū obtulit Melchisedech. Quod quū in pane simul & uino fuisse cōpertū sit, oportuit & Ch̄m in pane simul & uino sacrificasse. Id qđ nunq; fecisse legit̄ præterq; in cœna.

¶ At negabit forte Lutherus sacrificiū Melchisedech in XXXVII pane uinoq; fuisse. Nā qđ est usq; adeo solidū et firmū, sitamē

F



## CONGRESSVS SECUNDVS,

eoꝝ institutis aduerset, quod illoꝝ impudentia temeritasque non neget. Sed res hæc testator est q̄ negari possit. Nā simul atq; scripture narrat, Melchisedech panē & uinū protulisse cōtinenter subdit. Erat em̄ sacerdos dei altissimi. Ad qd istud scripture subiecisset uelut causam dicti, nisi prorsus intelligi uoluisset, usum fuisse Melchisedech reb<sup>o</sup> illis i sacrificio. Verū hic clamabit Lutherus, hūc locū haud satis fideliter ex hebraismo uersum, quū sic illic habeat יְהוָה כִּתְבָּרַעַל, hoc ē. Et erat sacerdos dei altissimi, quēadmodū & Hieronym<sup>o</sup> alibi traduxit. Sed esto, sic transferri possit, hoc nihil tamē aduersum nos facit, imo nobiscū q̄q; quādoquidē & protinus ut panis ac uini mentio facta sit, subiungit q̄ erat sacerdos dei altissimi. Hoc itaq; uelim respondeat trihi Lutherus, quo nā alio Melchisedech usus unq; fuerat sacrificio. Si sacerdos fuerit, et ordinis cuiusdā peculiariis, peculiare q̄q; sacrificium offerebat necessum est. Quare quū panis & uini palā hic mentio facta sit, in qbus & Chrūs sui corporis sacramentū instituit, neque aliud oīno sacrificiū usq; in scripturis a Melchisedech immo- latū legiſ, quis tā pſrictę frontis erit, ut cauilet nequaq; in his rebus eū sacrificasse. Luthero profecto satis efficax hoc argu- mētū putaref, si tale quiddā haberet pro sua parte, nēpe q̄ in scripturis nusq; aliud sacrificiū ad ordinē huius sacerdotiū spe ctans inueniat. Nā oportebat certe quū nō semel in scripturis afferiſ Chrm̄ sacerdotē esse, iuxta ordinē Melchisedech, ut etiā cōmune utriq; sacrificiū alicubi describeret. Quare cū nusq; alterius sacrificiū, qd utriq; cōmune sit, mentio fiat, cōsequit, ut istud utriusq; fuerit sacrificiū. Et q̄q; hoc pacto satis abude (qd molimur) obſfirmatur, nō grauabimur tñ eruditissimorū insūp testimonia, nō latinorū solū & græcorū, ueruetiā Hebreorū in mediū afferre, quo, si fieri posset, Lutherum pudeat suę temeritatis, quum nec ipse rationē aut scripturā aut alicuius docti pro sua hæresi testimonium adducat. Istud itaq; nos faciemus, q̄ res ipa cūctis dilucida fiat, nēpe Melchisedech in pane ac uino sacrificare cōſueuisse. Sed de latinis primū dicam<sup>o</sup>.

XXXVIII.

Hieronymus q̄ diuinaꝝ scripturarū peritissim<sup>o</sup> habet, ad hūc modū scribit in ep̄la ad Euagtiū. Sic & Melchisedech eo-

Cōe Ch̄o &  
Melchisedech  
Lcrif. cium.



De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXII

qd Chanane<sup>o</sup> fuerit, & nō de ḡne Iudæor̄ in Typū processis  
se sacerdotis filij dei, de q̄ dicit in. Io 9. psalmo. Tu es sacerdos  
in æternū scdm ordinē Melchisedech. Ordinē aut̄ ei<sup>o</sup> multis Melchisedech  
modis interptāt̄, qd sol<sup>o</sup> & rex fuerit & sacerdos & aī circūci rex & sacer-  
sionē funct<sup>o</sup> sacerdotio, ut nō ḡetes ex Iudæis, s̄z Iudei ex ḡeti  
bus sacerdotiū acceperit, neq̄ unct<sup>o</sup> oleo sacerdotali, ut Mosi  
pcepta cōstituūt, s̄z oleo exultatiōis, & fidei puritate, neq̄ car-  
nis et sanguinis uictimas imolauerit, et brutor̄ sanguinē, eoꝝ  
aialiū exta. i. qcqd sup̄ escā ē suscepit, s̄z pane & uino simplici  
puroq̄ sacrificio Ch̄ri dedicauerit sacfm. ¶ Subscribit huic XXXIX  
Aug. li. de doc. ch̄ria. c. 2]. In sacerdote Melchisedech dñicū  
sacfm p̄figuratū uidem<sup>o</sup>, scdm q̄ scriptura diuia testat̄, & cicit  
Et melchisedech rex salē ptulit panē et uinū. Fuit at sacerdos  
dei sumi & bñdixit Abrahā. Q<sub>2</sub> at melchisedech typū Ch̄ri Psal. 109,  
portaret, delarat i psalmis spūs scūs, ex psona p̄fis ad filiū dicēs  
Añ lucifer genui te, tu es sacerdos i etnū scdʒ ordinē melch.

¶ Accedit & illis Cyprian<sup>o</sup> li. 2. ad Ceciliū sic scribēs, Vt XL  
ergo i Genesi p melchisedech sacerdotē bñdictio circa Abra-  
hā possit rite celebrari, pcedit aī imago sacrificij i pane & ui-  
no scz cōstituta. Quā rē pficiēs et adimplēs dñs panē & calicē  
mixtū uino obtulit, et q̄ ē plenitudo p̄figuratē imaginis  
adimpleuit. Sed & p Salomonē spūs lctūs typū dñici sacrificij  
pmonstrat imolate hostię panis & uini, s̄z & altaris & aplo-  
rū faciēs mētionē. Sapiētia( iqt) ædificauit sibi domū & subdi-  
dit colūnas septē. Mactauit suas hostias, miscuit in craterē ui-  
nū suū & parauit mēsam suā. Et misit seruos suos cōuocās cū  
excelsa pdicatione ad craterē dicēs. Qui est insipiens declinet  
ad me & indigentibus sensu dixit. Venite & edite de meis pa-  
nibus, & bibite uinū quod miscui uobis. Hæc ille.

¶ Ambrosius his astipula lib. 4. de sacramētis. Tibi aut̄ sa XLI  
cramētor̄ hor̄ figura p̄cessit, qñ Abrahā erat, qñ uernaculos  
trecentos decē & octo collegit, & ibi p̄secutus est aduersarios Gene. 14  
de captiuitate eruēs nepotē suū. Tūc uictor uenit, occurrat illi  
Melchisedech sacerdos, & obtulit ei panē & uinū. Quis ha-  
buit panē & uinū? Abrahā nō habut. Sed q̄s habuit Melchi-  
sedech. Ip̄e ergo author sacramētor̄.

F 3



## CONGRESSVS SECUNDVS

- Psal. 102 Nec dissentit Arnobius in cōmētarijs super psalmos. Hic (inquit) qui per mysteriū panis ac uini sacerdos factus est in æternū secundū ordinē Melchisedech, qui panē & uinū solus obtulit in sacerdotib⁹, dū Abrahā uictor reuerteret de prælio  
**XLII** ¶ Sed iā ad Græcos ueniamus. Chrysostomus hunc locū enarrans ait. Et uide propter honorē in patriarchā collatum quomodo sacramentū insinuat, obtulit em̄ ei panē & uinum. Vides typū, cogita oro & ueritatē, & admirare diuinaḡ scri, pturae ueritatē, quomodo superioribus sæculis & ab initio futura præsignata sint. Hæc Chrysostomus.
- XLIII** ¶ Nec ab eius sententia quicq̄ abest Damascenus qui libro primo de fide orthodoxa sic ait. Pane et uino suscepit Melchi sedech Abrahā ex cæde alienigenaḡ qui erat sacerdos dei altissimi. Illa mensa hanc mysticā præfigurauit mensam, uelut & sacerdos ille Christi ueri sacerdotis figurā præ se ferebat & imaginē. Tu es (inquit) sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.
- Psal. 199 **XLIII** ¶ Vulgarius demū per omnia consentit in epistolā ad Hebræos ita scribens. Verū quē aliū afferre possunt præter Christū Iudæi, qui sit ex Melchisedechi instituto pontifex factus. Nōne erant sub lege omnes? Nōne & uniuersi sabbata obseruabant, offerebantq; sacrificia? Apertissime itaq; de Christo dictū id esse constat. Hic em̄ & solus Melchisedech illius in morē, pane & uino sacrificabat. Sed quid (obscurō) necesse fuit authores adhuc citare plures?
- XLV** ¶ Nullus horū ē, ut audis lector, qui nō horū utruncq;, hoc est, tā Melchisedech q; Christū afferat in pane uinoq; sacrificasse. Quod quū Hebræoḡ Rabbini, quantū ad Melchisedech attinet, omnino cōfirment, & plane testenf Messiā suū identidē factur, quis iam amplius cuiq; relinquif dubitandi locus. Sic utiq; Rabbi Semuel (uti refert Rabbi Moses Hadar, san) dū locū illū Geneseos interpretaret. Hic (inquit) mysteria sacerdotij tradidit. Erat em̄ ipse sacrificans panē & uinū deo sancto & benedicto, sicut dictū est ibidē. Et ipse erat sacerdos dei altissimi. Hactenus Rabbi Semuel.  
 Rabbi Semuel. **Dixit & Rabbi Pinhas filius Iair, Tempore Messiae cum,**



De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXXIII

Cta sacrificia cessabunt, sacrificiū aut̄ panis & uini nunq̄ cessa-  
bit. Sicut dictū est Genesis, 14. Et Melchisedech rex salē ex-  
cepit panē & uinū. Melchisedech (inquit) hoc est rex Messi-  
as. Dicit̄ aut̄ Melchi. i. rex, Quoniā rex est totius mūdi, por-  
ro sedech est iustitia. Et ipse mitteret iustitiā suā & pacē sup uni-  
uersum orbē. Et postea subdit. Rex salē, hoc ē Hierusalē sup-  
næ exceptit panē & uinū, hoc est, separabit a cessatione sacrifici-  
cioꝝ sacrificiū panis & uini, ut dictū est psalmo. 109. Tu es sa-  
cerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech. Huc usque  
Rabbi Pinhas.

Rabbi uero Iohai qui Christū diu antecessit probat sacrificiū  
panis & uini nunq̄ cessatur, partim ex uerbis quæ Iudicū  
scripta sunt in hunc modū. Nunquid possum deserere uinū Psal. 109.  
Sacrificium  
altaris perpe-  
tuabitur!  
meū quod lātificat deū & homines. Vinū (inquit) et̄ si lātifi-  
cet homines, deū aut̄ quomodo lātificat? Respondet. In sancti  
ficio quod de ipso, nēpe de uino siet, partim ex uerbis psalmi  
72. Nā subiicit. Sacrificiū uero panis nunq̄ esse defecturū ex  
eo apparet, quod dictū est psalmo. 72. Et erit placenta frumē-  
ti in terra in capite montium. Hactenus ille.

¶ Adde ꝑ cōplures Hebræorꝝ magistri, præsertim Rab-  
bi Kimhi & Rabbi Selomon, hunc psalmū de Messia prorsus  
interpretant̄, & sacrificiū eius affirmant futurꝝ in placenta fru-  
menti, quibus & Caldaica translatio consonat inquiens. Erit  
Corban, id est, sacrificiū frumenti in terra in capite montium  
ecclesiæ. Quibus uerbis aperte significat̄, is sacrificandi mo-  
dus quē hodie sacerdotes usurpant, leuantes Eucharistiā su-  
pra capita sua. Nā ecclesiæ montes nihil aptius exprimunt q̄  
presbyteros & prælatos ecclesiæ. Sed in his recensendis usq;  
adeo prolixī fuimus, ut nullus omnino remaneat scrupus, qn  
sicut Melchisedech in pane simul & uino sacrificauit, ita cre-  
datur & Christus qui secundū eius ordinē sacerdos erat cōsti-  
tutus, iſdē similiter fuisse rebus usus pro sacrificio suo, hoc est & Chrūs eis-  
pane uinoq; sacrificasse. Nā quū tot & tā graues authores, nō dē rebus sacri  
Latinī modo, uerū etiā Græci, pariter & Hebræi consentiāt̄ sicabant.  
huic instituto, neq; scriptura quicq; aduersetur, imo subscribat  
potius, neq; aliud quoduis sacrificij genus usq; tribuat sacer-

## CONGRESSVS SECUNDVS

dotio Melchisedech, q̄ panis & uini, q̄s hac de're secū ampli  
uel tantillū hæsitare poterit, q̄ minus afferat & pronūciet, tam  
Christū q̄ Mechisedech eisdem rebus sacrificasse.

XLVI

¶ Cæterę q̄ nō solū ip̄o initio nascentis eccl̄iae fieri sacer  
dotes istos oportuit, uerūetiā p̄ totū eccl̄iae discursum (ut axi  
omate quinto superius ostendimus) hm̄oi necessario fuerant  
instituendi, manifeste cōsequens est, ut ap̄lōr̄ successores sa  
cerdotes itē fuerint, & sacrificandi pariter habuerint potesta  
tē. Neq̄ em̄ solū pro apl̄is tūc dictū fuit, hoc facite in meam  
memoriā, sed pro cūctis q̄ simili authoritate p̄diti, post apl̄os  
essent in eccl̄ia successuri. Cernis itaq̄ lector nō solū ex ueteri  
testamēto, p̄ Esaiā uaticinatū, q̄ pastores gregis christiani, sa  
cerdotes dñi uocarentur, uerumetiā ex nouo, rationē & cau  
sam intelligis, cur ita uocari debeant.

XLVII ¶ His itaq̄ decē axiomatis ad hunc modum instructis pro  
Epilogus secū secundo concursu Lutherum adoriemur. Nam ex primo li  
di congressus quet, ob sex iustissimas causas, oportere multitudini quosdam  
præfici, qui curam ipsius agant.

Ex secundo, q̄ reuera Christus ip̄e tales instituit, qui suum  
gregē, hoc est christianū, pascāt, regant & doceant.

Ex tertio, q̄ oportuit eosdem gratia copiosiori locupletari  
quo suo commodius inseruirent officio.

Ex quarto, q̄ de facto Christus talem gratiam elargitus sit  
pastoribus a se constitutis.

Ex quinto, q̄ necesse fuit eiusmodi functiones, ad supre  
mum usq̄ diem in eccl̄ia perpetuari.

Ex sexto, q̄ nemo legitime tali munere fungit nisi p̄ eccl̄ie  
præsides rite uocatus, ordinatus, & missus fuerit.

Ex septimo, q̄ qsq̄s in eiusmodi functione legitime fuerit  
cōstitut⁹, idē ab ip̄o sp̄ū citra cōtrouersiā credī ascitus.

Ex octavo, q̄ eo ip̄o momēto quo sic quispiā ad hunc mo  
dū instituit, gratiam ab eodem spiritu, si non per illum steterit  
consequitur indubitanter.

Ex nono, q̄ hanc gratiam ip̄e sp̄itus ad signi cuiusdā sens  
ibilis exhibitionem, hoc est, ad manus impositionem, donat  
infallibiliter.

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXIII

Ex decimo, q̄ pastores & presbyteri, sic per manus impositionē instituti, uere dei sacerdotes sint, & tam pro se q̄ pro suis subditis deo sacrificent.

¶ Quū igitur hæc axiomata per scripturas sacras copiose roborauerimus, quis non ex illis aperte uidet, aliquas in ecclia functiones, per Christum & sacrū eius spiritum institutas esse quæ non sunt cuius de plebe communes. Non enim quisq; de plæbe ad id muneris accessit, ut pascat, doceat, ac regat cæteros. At citra uocationem & ordinationem (ut ostendimus) nemini licet eiusmodi functiones usurpare. Nec inficia Sacerdotiū al mur tamen quin singuli de plebe, sacerdotes in scripturis ap̄ terū est uerū, pellantur. At hoc sacerdotium, comparatione illius sacerdos alterū meta tij quo pastores & presbyteri sacerdotes uocantur, non nisi phorice dicit metaphoricum est. Neq; enim alio sensu sacerdotes illi dicuntur, Quisq; sibi rex est & sacerdos. sibi, q̄ quo dicuntur & reges, uti mox dicemus. Regin enim seifm solum, & ita sibi soli quisq; sacerdos est.

¶ Reges utiq; sunt pariter & sacerdotes omnes christiani, uerum etiam sibi non alijs. At pastores & presbyteri de quibus loquimur, toti plebi sacerdotes sunt, nimisq; eam seu gregē pascant & regat. Mediant enim inter Christum & plebē, ut quod a C H R I S T O , uel ab eius spiritu didicerint, ipsi uicissim plæbem doceant. Propter quod (uti supra dixim⁹) principem pastorum Petrus C H R I S T V M appellat. I. Petri. Nam ut illi pascunt plæbem, sic & identidem a C H R I S T O pascuntur.

¶ Adde, q̄ istiusmodi sacerdotibus incumbit pro subditos rum animabus rationem reddere, at non ita uicissim populus pro presbytero q̄ animabus rationem est redditurus. Sed & Hebræ. denique presbyteri quanquam ex hominibus assumpti sint sacerdotes, pro hominibus tamen constituti sunt, in his quæ apud deum aguntur. Verum non ita uicissim quicq; de plæbe pro presbyteris apud deum intermediate. Presbyteri igitur quando communem carnis infirmitatem cum plebe circumferunt, debent ipsi tam pro suis q̄ pro populi peccatis iugiter immolare.

## CONGRESSVS SECUNDVS

¶ Porro uictima, qua præcipue deū placaturi sint, altatis ē sacrificiū, quo secundū ordinē Melchisedech sub panis & uini specie, corpus & sanguinē Christi iugiter offerunt. Iā opis nor dilucidū est, corruisse funditus, id quod tanto uerborum strepitu tantacq; iactantia Lutherus se statuisse gloriaf, nempe q; nullo prorsus alio sacerdote et mediatore plebi sit opus præter Christū. Corruit & istud, q; sibi christianus quisq; sufficiat ut seipsum doceat, & cætera peragat quæcunq; faciunt sacerdotes. Corruit demū & aliud, q; uidelicet functiones aliæ quæ non sunt toti populo cōmunes, humanis mendacijs & satanicis adiunctionibus erecte sint. Nam ex iā dictis axiomaticis perspicuū opinor omnibus est, q; horū officiū quos interea sequestris & interuentores in Christū & gregē appellare licet, non humano cōmento sed Christi & sacri spiritus institutione diuinitus excogitatum est. Et hactenus pro secundo cōgressu dicta sufficient.

## CONGRESSVS TERTIVS

.I.



Am superest ut tertio tandem congressu Lutherū similiter impetamus, quo fiet apertū, habere Lutherū nihil, aut ex scripturis, aut ex orthodoxorū testimonij, quod suā hæresim confirmet. Scripturas itaq; per eū adductas quēadmodum in seriem digerunt ita singulas ordine suo refellemus.

Docere primū nitif unū & solū nobis esse Christi sacerdotiū quo ipse obtulit sese pro nobis & nos omnes secū. Ad qd probādū adducit primū illud Petri tertio. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offeret deo, mortificatus quidē carne uiuiscatus aut̄ spiritu

Respondemus nihil in his uerbis obscuritatis esse. Propter Hostiae officia hoc em Christus seipsum pro peccatis nostris uictimā obtulit patri, iustus pro iniustis, nō q; tū identidē nos hostiā immo te nostra lasset, qui nondū eramus, sed magis ut in posterū (quū præcessis eius paruerimus) nos patri suo uere iustificatos exhiberet quod sane futurū est, si nosipsoſ a pristinæ uitæ prauis cupidi

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXV

tatibus puros & illibatos custodierimus. At nihil istud obstat  
q̄ interī per sacerdotes pascamur, gubernemur, erudiamur,  
imo per eoꝝ pro nobis impensam curā & solicitudinē, ut illi  
bati puriꝝ seruemur, longe facilius & efficacius proueniet

II

¶ Subiūgit huic & aliud Pauli testimoniū ad Heb. x. Vna „  
eīm oblatione consummauit in æternū sanctificatos. „

Non opinor his uerbis, Lutherus intelligit omnē christiaꝝ  
nū, quantūvis peccator fuerit, nihilominus per hanc oblatioꝝ  
nē semel factā sanctificatū esse. Nam certū est innumerō ex Qui sanctifice  
christianis, æternis supplicijs fore mancipandos. Solū igit̄ hi, tur pro obla  
per hanc oblationē hauddubie sanctificant, quibus meritū hu  
ius oblationis per ecclesiæ sacramenta cōmunicant. Nā liqui  
do constat, eū qui nolit baptizari, quū data fuerit opportuni  
tas, nunq̄ huius oblationis participē fore. Et quēadmodū ba  
ptismi sacramentū mediū quoddā est, quo nobis illius oblatio Sacramanta  
nis uirtus conciliat, ita & sacrificiū altaris aliud est, quod sane sunt recōcilias  
quoties agit illā olim in cruce factā oblationē nobis annunciatōnis media.  
at. Q̄q̄ igit̄ per Christū olim una fuisset oblata uictima, quæ  
pro peccatis innumeris sufficit ad placandū patrē, eadem nihi  
lominus renouat, quoties in altari mysteria corporis & sang  
uinis Christi celebrant, de qua re, tam in libello, quo pro illu  
strissimorege, Lutheri maledictis dudū respondimus, q̄ etiā Sacrificio al  
paulo post copiose differemus. Quū eīm omnes cotidie pecca taris reiterat  
mus, & iā longe grauius post illā semel oblatā uictimam, non uictima Ch̄  
minus est nobis hostia quædā necessaria q̄ olim fuerat, quan  
doquidē & nunc multo grauiora nostra peccata. Quanq̄ igit̄  
Christus iſe non iterato pro nobis moriatur, tamen ut mor  
tis eius semel perpetuē meritū, nobis ubi peccauerimus iterū  
accōmodeſ, oportet ipsum altaris sacrificiū crebrius renouari  
Idq̄ fit per istos quos ante diximus inter Christū & plebē ſe  
questros et interuentores. Quocirca nec ex his testimonijſ re  
cte quisq̄ inferat, q̄ nullos oportet alios inter Christū & ple  
bem sacerdotes esse medios.

¶ Porro quū ex dictis testimonijſ subinde colligere molia  
tur, q̄ hoc sacerdotiū Christi spirituale sit, & christianis om  
nibus cōmune. Omnes eīm (inquit) eodē quo Christus sacer  
G III



## CONGRESSVS TERTIVS

„dotio sacerdotes sumus, qui Christiani, id est filii Christi sum  
„mi sacerdotis sumus.

Sacerdotiū duplex Respōdemus, q̄ q̄ ex ipsis testimonijs id minime cōficiat  
qd colligere studet, cōcedimus tñ hoc īpm, Necq; em oportet  
ut eodē lacerdotio penitus quo Chrūs ipse sacerdos est, quisq;  
de plebe sacerdos itē sit. Nam de Christo cōplura dicunt, que  
non competunt in singulos Christianos secundū omnē mo-  
dū quo tribuunt & Christo. Cōcedimus igit illud aliquo mo-  
do uerū esse, nimirū q̄ sibi p̄sī quisq; ch̄ianus sacerdos dici po-  
test, uti supra diximus. Veruntamen præter hoc sacerdotium  
quod singulis est cōmune, dilucidū est ex antedictis, oportere  
Sacerdotiū peculiare sacerdotiū aliud peculiare quoddā esse, quo fungunt hi, qui p-  
eccliæ p̄sides legitime uocant, instituit, mittuit, qui nō sibi dū-  
taxat sacerdotes sunt, sed populo, cui p iustā p̄sunt uocationē  
“ ¶ Sequitur. Necq; nobis ullo prorsus alio sacerdote & me-  
“ diatore opus est præter Christū. Quū omnis sacerdos in hoc  
“ assumat, teste aplo Hebr. 5. ut pro populo oret, & populū do-  
“ ceat. At christianus quisq; per seipsum orat in Christo, habēs  
“ per ipsum, ut Roma. 5. dicit accessum ad deū. Sicut promisit  
“ Esaiae. 5. Eritq; anteq; clament ego exaudiā, adhuc illis lo-  
“ quentibus ego audiam. Sic & per seipso a deo docent, pro-  
“ mittente Esaia. 54. Et dabo uniuersos filios tuos doctos a do-  
“ mino. Et Hiere. 31. Non docebit unusquisq; fratrē suū & u-  
“ nusquisq; proximū suū dicens. Cognosce dñm, omnes em sci-  
“ ant me a minore usq; ad maximū. Et Esaias. xi. dicit. Repleta  
“ est terra scientia dñi, sicut aquæ maris operientis. Hinc Chri-  
“ stus Iohan. 6. appellat eos θεοδιδάκτους. Est scriptū in prophe-  
“ tis. Et erūt omnes docibiles dei. His testimonijs putat Luthe-  
“ rus, & affirmare non ueret, euacuatū esse sacerdotiū uisibile,  
“ quū hæc duo, nimirū orare & docere, præcipua sint sacerdo-  
“ tū officia, quæ nunc, ut iactat, christiano cuiq; monstrata sunt  
“ esse communia.

Ego uero ut non dubito priores scripturas ueras esse, ita  
astores p̄ter compertissimū habeo, Lutherū falsa illarū interpretatione se-  
christū sunt etatoribus suis imposuisse. Nā si non esset populo christiano  
essarij pastor quispiam præter Christū necessarius, frustra Christus  
an. 21.



De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXVI

adiurasset Petrū, ut si se amaret, oues pasceret suas. Quod & serio fecisse tradit̄, illū adiurans tertio. At quid opus fuisset, ut Petrus oues Christi pasceret, si præter Christum alio doctore non eguisserint. Frustra quoq; Petrus hortatus fuisset, presbyteros pascere gregē dei, promittentes ut quū princeps pastoꝝ apparuerit, immarcessibilē gloriæ coronā perciperent. Et hic uides lector Christū alios habere sub se pastores, quorum officium est gregem illius' pascere, alioqui non illum appellasset Petrus principem pastorum.

Sed & frustra Paulus Timotheū fuisset obtestatus & tā se ueriter. Obtestor (inquit) ego corā deo & dño Iesu Christo q z.Timo.4. iudicaturus est uiuos & mortuos in apparitione sua, prædica sermonē, instatēpestiue, argue, increpa, exhortare cum omni lenitate & doctrina, Deniq; nec idem Paulus Titum tam dili Tit.I. gentem admonuisset oportere episcopum non solum esse tenacem eius qui secundum doctrinam est fidelis sermonis, uerū etiam potentem ut exhortetur per doctrinam sanam & cōtra dicentes conuincat.

Quis iā ex his non palā intelligit necessarios esse pastores Pastoris officia in ecclesia dei, quoꝝ officiū est erudiendo ch̄riano gregi diligētū, in uigilare. Quāobrē & dilucidū est priores scripturas partim primordia nascētis ecclie spectare, qn spū scūs uisiblēt in singulos descēderat, & erant oēs a spū docti, partim futurę gloriæ statū, quēadmodū interpretibus uisuꝝ est magis, quū illic remoto qlibet uelamine palā ab ipso deo cuncti docebimur Cæterę hoc intermedio tpe, quo iā (ut Paulus ait) a dño pere, z.Corin.5 grīnamur, necessum est, ut unaquæcō congregatio suū habeat pastore, qui uerbo pariter & exēplo subditū sibi gregē pascat & regat. Nec repugno tamē quin omnis conatus eius qui exterioris docet, irritus erit, nisi spiritus sanctus interioris cor illuſtret. Cæterę hæc illustratio quanq; in apostolis, & in ipsius ecclie summatis copiosa fuisset, & abunde sibi sufficiēt absq; Doctoribus opus est in doctore quo quis alio, nō tamen pari mēsura donatur omnibus fed pro maxima hominū parte usq; adeo tenuis est, ut citra doctoris alteri operā haudquaꝝ sufficiat, Id qd ex illis quē supra differuimus, opinor, tam apertum est, ut nullis opus sit alijs

G 2



## CONGRESSVS TERTIVS

fulciri testimonijs. Cæterū ut apertius intelligamus Luther<sup>o</sup>  
nihil suffragari scripturas, q̄s attulit, eas p̄ ordinē dissoluemus  
**PRIMA SCRIPTURA.**

V

" "



Lutherus lace  
rat Pauli au  
thoritatem

Intercessorib<sup>9</sup>  
opus est

Paulus aliorū  
p̄ces optat

Jacobi. f

VI

" "



D Roma. quinto sic ait. Per Christum habemus  
accessum ad deum.

Respondemus. Paulus hoc nō dicit, sed ita. Per  
Christū habemus accessum per fidē in gratiā istā  
in qua stamus. Necq; em Paulus illic molif, q̄ habeat quisque  
christianus accessum ad deū, sed q̄ per Christi fidē habuimus  
aditū in gratiā in qua stamus, quod sane uerissimū est. Nec in  
ficiamur tamē, quin possit quisq; christianus per seipsum pre  
cari deū, q̄q; istud non urgeat ipa Pauli uerba. Sed nec ex illo  
protinus inferi, q̄ nullo prolsus alio quoquis egeat intercessore  
Nā Paulus profecto, si quisq; aliis id facere potuit, per seip  
sum accedere ad deū nihil uerebat, & tamen ipse nec semel ali  
orum preces sibi necessarias esse dicit. Sic enim ad Roma. 15.  
scribit. Obsecro uos fratres per dñm Iesum Christū, & per di  
lectionē spūs ut me laborāte adiuuetis precationibus pro me  
ad deū. Rursum. 2. ad Cor. 1. Simul (inquit) adiuuantibus uo  
bis per deprecationē pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium  
sermonis, ut loquamur mysteriū Christi. Et ad Ephe. 6. Vi  
gilantes cū omni sedulitate & deprecatione pro omnibus san  
ctis & pro me, ut mihi detur sermo in apertione oris mei cū li  
bertate, ut notū faciā mysteriū euangelij mei. Ecce paulus qui  
spiritu sancto plenus fuerat, alioq; tamen preces opus habere  
sese testabat. Quare multo magis alij, qui nondū parē cū Pau  
lo grām consecuti sunt, intercessoribus indigent. Alioqui fru  
stra Iacobus esset hortatus, ut quū quis e christianis infirmare  
tur accerseret ecclesiæ presbyteros, ut precationes pro eo fa  
cerent. Sed in re satis aperta nimis laboramus.

## SECVNDA SCRIPTURA

Icut promisit Esaiæ. 65. Eritq; anteq; clamēt ego  
exaudiā, adhuc illis loquentibus ego audiam

Respondemus. Etsi nō omnia, multa certe quæ  
in ipso capite leguntur, nō possunt aliter accipi, q̄  
pro beatitudinis æternæ statu, quēadmodū illud quod paulo



De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXVII

ante scribis. Ecce ego facio Hierusalē & populū meū lāticiā  
& exultabo super Hierusalem & lātabor super populo meo.  
Et nō audietur in ea ultra uox fletus & uox clamoris, neq; sis  
et ibi ultra immaturus & senex qui non impleat tēpus suum.  
Hæc profecto de terrena Hierusalē nequeūt intelligi.

Sed ut donemus Lutheri istud sic accipiendū esse, non ex  
eo tamen infert, q; non alio sit opus intercessore pr̄ter Chri-  
stū. Nā si nunc hoc tēpore peregrinationis nostræ, sic unicui  
q; sufficiat sua p̄catio, ut nullo sit opus alio mediatore, sed quis  
q; christianus anteaq; clamauerit, exaudiatur, incassum Paulus  
Romanoꝝ tam iuge fecit mentionē, semper in precibus suis Roma. I.  
orans, ut aliquando uolente deo prosperū iter sibi contingē-  
ret ut ad illos ueniret. Incassum pro Thessalonicensibus orat z. Thessa. I.  
indesinenter, ut dignos eos deus habeat uocatione sua. Incas-  
sum Timot heū hortat, ut ante omnia deprecationes, obsecra-  
tiones, interpellationes, gratiaꝝ & actiones pro omnibus homi-  
nibus, pro regibus & omnibus in eminētia cōstitutis, ut placis-  
dā & quietā uitā degamus. Incassum deniq; mentionē eiusdē z. Timo. I.  
Timotheli facit inter precandū, atq; id citra ullā intermissionē  
noctu dieq;. Manifestū est igit & alioꝝ orationes nobis con-  
ducere posse, nec sufficere cuiq; precationē suā, necq; semp ex-  
audiri quēq; priusq; ad deū ipse clamauerit. Et ut iuuari quis  
q; potest alioꝝ precationibus, ita potest & per alios doceri q;  
q; tametsi Lutherus contendat unumquemq; per seipsum a Docēt hoīes  
deo doceri. Id quod nos, si tamen ad sanum sensum intelligaꝝ & a deo & a  
tur, non negamus. Superius enim diximus q; irritus erit cona-  
tus eius qui docet exterius, nisi cor interius illustretur a deo.  
Sed hæc illustratio quum non pari mensura sit impertita sin-  
gulis, in multis usq; adeo tenuis est, ut sine quoquis alio docto-  
re non semper ualde proficiant.

Cæterꝝ scripturas qbus Lutherus probare conat, neminēchri-  
stianū alio pr̄ter seipsum legere doctore, iam audiam<sup>9</sup> VII.

TER TIA SCR IPT V RA, Esa. 54



T dabo uniuersos filios tuos doctos a domino. ,,  
Certū est ex hoc. 54. capite pariter & . 65. de  
quibus supra nonnihil diximus, Iudæos errorem

G 5

## CONGRESSVS TERTIVS,

Lactantij  
error

contraxisse de mille annis hic in terra præsente Christo cū omni uoluptate carnaliter peragēdis. Quē errorē tāetsī nōnulli christianorū & præsertim Lactantius approbasse uideant, im probari tamen a cæteris quis nam est qui ignoret. Sunt enim in utroq; capite quædā scripta, que torqueri nullo pacto querant, ad præsentis uitę statum. Quemadmodū & illud est Esa. 65. de quo prius diximus. Et non audietur in ea ultra, uox fletus & uox clamoris. Non erit ibi amplius infans dierum & se nex qui non impleant dies suos. Ista nusq; nisi in futura uita cō plebuntur. Similiter & . 54. quod scribitur. Sicut in diebus Nohe istud mihi est, cui iurauit ne inducerem aquas diluvij ultra super teram, sic iurauit ut non irascar tibi & non increpem te. Istud certe, quantum ad præsentem statum attinet, intelligi non potest, quum iam nemo sit qui non peccet, neq; sit quis quam cui, dum ultro peccat, non irascatur deus. Et rursus illud. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Saphiris, & ponā in iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desyderabiles. Hæc magis respondent his, quæ de cœlesti ci-

Apo. 21. uitate Iohannes in Apocalypsi uidet, cuius fundamenta describit omni lapide precioso ornata. Fundamentum (inquit) primum iaspis, secundum saphirus, tertium calcedonius, quartum smaragdus, quintum sardonix, sextum sardius, septimū chrysolytus, octauum berillus, nonū topazius, decimū chrysoprasus, undecimū hyacynthus, duodecimum amethystus. Certū est igitur illa duo Esaiæ capita, de futuræ gloriæ statu debere intelligi, nimirum quando lachrymam absterget deus a suorum oculis, & mors ultra non erit, neq; luctus, neque clāmor, neq; dolor erit ultra quemadmodū in Apocalypsi traditur. Tunc bauddubie uerum erit, q; in ea ciuitate nō audietur ultra uox fletus & uox clamoris, neq; erit ibi amplius infans dierū, & senex qui nō impleant dies suos. Nemo peccabit, neq; cuiq; illic irascet, aut quēq; increpabit deus. Nihil illic sordebit, sed instar gemmarum tota illa ciuitas fulgebit & radiabit ubiq;. Nec deniq; tū alio quoquis opus erit doctore, citra deum in q; pspicient oia. Quāobrē & tūc uniuersę ecclię filij docebūt



De sacra sacerdotij defensiōe cōtra Luth. XXVIII

adūo, & multitudo pacis erit eis, atq; in iustitia stabiliens. Ista nemo nō intelligit q̄ procul absint a pluribus, qui sub militan-  
tis ecclesiæ statu uitā agunt & uere credunt. Nunc em̄ et si q̄  
dam sint, qui doceant a dño, & qui multitudine pacis fruant,  
sintq; in iustitia firmati, Palā tamen est ea nequaq; singulis cō-  
uenire. Nam complures ex his qui fidem habent, ob quam &  
Luthero sunt ecclesiæ filii, necq; tamen pacis multitudine fru-  
unturne q; in iustitia stabiliti sunt, quum ab utraq; se penume-  
ro decidant. Hactenus itaq; puo duabus illis scripturis, quas e  
65. simul &. 54. Esaiæ produxit, responsum est.

QVARTA SCRIPTVRA Hiere. 31. VIII

**N**on decebit unusquisq; fratrē suū & unusquisque “  
proximū suū dicēs. Cognosce dñm. Oēs em̄ sciēt “  
me a minori usq; ad maximū. Sic em̄ in Hieremia “  
scribitur. Et non decebunt ultra unusquisq; pro “  
ximum suum &c.

Quæ scriptura tametsi quadamtenus in ipso dilapsu spirit⁹ Acto. 2.  
sancti super discipulos in unū congregatos uera fuisset, plenā  
tamen & integrā ueritatē non habebit, nīsi pro statu glo-  
riæ, atq; id quidē non solum ob id, q̄ neget ulterius proximū  
a proximo docendū, uerū etiam ob id, quod subditur. Et pec-  
cati eoꝝ non ero memor amplius. Nam quis dubitat, quin ex  
his, qui fidem acceperunt plāriq; pro peccatis suis damnandi  
sint. Quomodo ergo fiet q̄ citra legis nouæ dationē, nō erit  
deinceps peccator⁹ memor deus. Sed & si prorsus uerū sit, q̄  
nemo proximū suum ultra doct⁹ effet, profecto necq; Chri-  
stus Petro, necq; Petrus & Paulus alīs tam obnixe mādassent  
uti proximos ipsi docerent.

Sed video quid Lutherus obiicit. Nimiꝝ hæc ipsa uerba, Heb. 8  
per Paulū ad Hebræos esse recensita, uelut ad p̄sentē ecclesię  
statū spectatia. Verū ego ut non inficiar uac uerba Paulum  
illic recensuisse, ita nec fateor optere sequi, ut pro hoc tempo  
re iam penitus impleta sint. Nam ut exhibitio legis ueteris &  
eius merces non ad idem tempus pertinebant, tametsi testa- Exo. 19. 20. 21  
mentum uetus utranq; complectebatur, sed lex uetus in mon-  
te Synai tradita fuit, merces uero fuit ipsa promissionis terra.  
Sic similiter & nouum testamentum, non modo legem nouā



## CONGRESSVS TERTIVS

ueruetiā eiusdē obseruatē mercedē inuoluit, quaꝝ altera quidē in monte Syon promulgabat, alterā uero speramus in cœ  
Mat. 5.6.7 Jo futurā. Quo factū est, ut tā Esaias q̄ Paulus protinus, ut de  
Roma. 8. lege quæ cordibus hominū erat inscribenda locuti fuissent, de  
mercede quoq; legis nōnihil subiecerint, non id tamen mo-  
lientes, ut idem tempus utraq; respiceret.

Quā rem & Augustinus in libro de spū & litera satis ex-  
plicat dicens. Sicut lex factor̄ scripta in tabulis lapideis, mer-  
cesq; eius terra illa promissionis, quā carnalis domus Israel cū  
ex Aegypto liberata esset, accepit, pertinet ad testamentū ue-  
tus, ita lex fidei scripta in cordibus, mercesq; eius species con-  
templationis quā spiritualis domus Israel ab hoc mundo deli-  
berata percipiet, pertinet ad testamentū nouū. Hęc August.  
Quibus uerbis dilucidū est, nouū testamentū utramq; cōple-  
cti, hoc est, & legē cordibus inscriptā, & mercedē legis, nēpe  
speciē contemplationis, quā spiritualis Israel ab hoc mundo li-  
beratus percipiet. Alio tamen tēpore legē inscriptā fuisse cor-  
dibus, alio uero mercedē esse reddendā. Et propterea cōinen-  
ter illuc Augustinus subdit. Tunc fiet quod dicit aplūs. Siue  
I. Corin. 13 prophetiæ euacuabunt, siue linguæ cessabunt, siue sciētia euā  
cuabit: illa scilicet paruuloꝝ scientia in qua hic uiuit, qua ex p̄  
te per speculū in ænigmate uidet, propter hanc eīm necessaria  
est prophetia, cū adhuc præteritis futura succedunt, proper  
hanc linguæ, id est multiplicitas significationū, cū ex alio atq;  
alio, aliud atq; aliud admonet, qui nondū æternā lucē perspi-  
cuæ ueritatis mente purgatissima contemplat. Cū aut uenerit  
quod perfectū est, & totū hoc quod ex parte est, fuerit euacu-  
atū, tūc quod assumpta carne, carni apparuit, ostenderet seipm  
dilectoribus suis. Tunc erit uita æterna, ut cognoscamus unū  
uerū deū, tunc similes ei erimus, quoniā tunc cognoscemus,  
sicut & cogniti sumus. Tunc non docebit unusquisq; ciuēsu-  
um aut fratrē suū dicens, cognosce dñm. Omnes eīm cognos-  
cent eū a minore usq; ad maiore eorū. Hactenus Augustinus  
Ex quo manifestū est prædicta Hieremiæ uerba nequaq; in-  
telligi debere, quantū ad singulos qui sub hoc militantis ecclē-  
siæ statudegunt,



De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXIX

Ceterę ut donemus Lut hero neminē christianū ignorare dñm . Nū eos qui fidē habent dei, non cotidie cernimus opus habere quo cætera doceantur. An non Hebræi illi dei fidē habuerunt, ad quos dixit Paulus; Rursum opus habetis ut docemus uos, quæ sint elementa initij eloquiorū dei. An nō & Galat. 6. Galathæ dei fidē habuerunt, quos tamen Paulus delicto quo piā occupatos, uoluit per spirituales instaurari. An nō tot milibus Iudæorū, de quibus in actis dicitur, q̄ in Christū credide, Actoriū. 15. runt, alio doctore fuit opus, quū erant nihilominus studiosi legis sectatores, atq̄ putabant circūcisionē esse necessariā ad salutē? Q̄ si Iudæi qui spiritū sanctū uisibiliter acceperūt hoc errore nihilominus laborabant, ac proinde doctoris egebat opera, quid de turba christianoꝝ (qui iā sunt) existimabimus? Num non hi doctoribus indigebuntur?

QVINTA SCRIPTURA, Esaiæ. II. X

Epleta est terra scientia domini, sicut aquæ maris, operientis.

 Dicimus impletā fuisse scripturā hanc, ap̄lorū <sup>Act. 2</sup> tēporibus, quando spū sancto uisibiliter fuerūt aflat, & quando in omnē terrā exiuit sonus eoꝝ. Tunc enim uniuersus orbis scientia dñi repletus fuit, non aliter q̄ aquis maris operiꝝ terra, uerū ex eo nequaꝝ sequit, q̄ citra id temporis nemo doctoris opera indigebat, quum eius contrarium manifestum fuisse falsum cunctis pateat.

SEXTA SCRIPTURA, Iohann. 6. XI

Ostremo q̄ ex euangelio Iohannis obiectit Christū appellare eos θεοδίδακτους, Est scriptū in prophetis, Et erunt omnes docibiles dei.

 Respondemus, neminē absq; dono fidei crederemus, quum dicit Paulus, Dei donū est, & non ex uobis. Porro si de inspirari, Christus pro eodē accipit, quod est doceri a deo. Ad quē modū nihil reluctamur quin omnis qui credit in Christū a deo doceatur. Ceterę hæc inspiratio pro maxima parte, ut supra diximus, tā imperceptibilis est, atq; id, etiā ei qui afflatur, ut adhuc doctore quodā eū egere nemo dubitet. Sed hinc for Obiectio tassis Lutherus ansam arripierat contra nos, q̄ hæc ipa uerba in

H



## CONGRESSVS TERTIVS

Esaia scripta sunt, quæ supra negauimus ad præsentem eccle  
Dilutio siæ statū pertinere. At nihil nos id ledet. Nam Christus non  
Plurima citan tur ex libris q̄ afferit hæc uerba se ex Esaia desumpsisse, sed ex prophetis. Et  
non extant fieri potest ut in alijs prophetarum libris, qui deperierunt scri  
pta sint. Necq; enim semper oportet extare libros unde in scri  
pturis testimonia citantur, quum palam sit in actis, Paulum  
quædam ex Christo uerba citasse, quæ nusquam in euange  
lijs exprimuntur. Ait enim dixisse Iesum. Beatum est dare po  
tius q̄ accipere, id quod in Euangelijs nusquam legitur. Sed  
Actorū, 20 & in ipsis Euangelijs nonnulla citantur, quæ nec in omnibus  
ueteris instrumenti libris saltem qui iam extant, reperiuntur.

### XII

Dilucidum igitur ex his est a ueritate multum dissidere,  
quod Luther<sup>o</sup> colligere molitur, nempe q̄ priora testimonia  
sacerdotium nostrum euacuarunt. Sic enim post introductas  
priora scripturas illico subdit. Hæc testimonia plane euacuāt  
sacerdotium uisibile, dum & orationem, et accessum ad deum.  
& doctrinam omnibus cōmunem faciunt, quæ recte sacerdo  
tum propria est. Quid enim opus est sacerdote, dum non est  
opus mediatore, & doctore? An sacerdotem sine opere con  
stituemus? At mediator & doctor christianorū præter Chri  
stum nullus est. Hæc Lutherus.

Nos uero superius ostendimus opus esse christianis, & me  
diatore, & doctore præter Christum. Hoc tamen largimur ei  
q̄ nisi Christus intus docuerit, fidem inspirans, & lumine quo  
Inspiratio nō dam' mentem illustrans, inanis erit cuiuscq; doctoris labor. Ce  
nde q̄q; sufficiens est  
A d' qd pasto  
ribus opus sit  
terum hæc inspiratio & illustratio iuxta mensuram tamē spi  
ritus impertitur, ut non in singulis abq; doctoris opera cuiq;  
sufficiat ad plenam de sacris dogmatibus eruditioñ. Quam  
obrem & si fide fuerint afflati christiani, ut deum esse credant  
ab eoq; precentur opem, siue quoquis mediatore, quis non ui  
det tamen esse multa quæ citra doctoris operā singuli nequa  
q̄ intelligunt. Sed & quanq; hæc agere possint, nō semper ta  
men eadem agunt sine monitore quoquis. Quæ res usq; adeo  
dilucida est, ut nemo, si non obstinatissime cæcus fuerit, non  
clare cernat oportere, inter Christum & plæbem quosdā esse  
medios, qui non solum assidue precentur, & pro plæbe Chri

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXX

Etum interpellent, uerum etiam ignorantem instruant, aberrātem arguant, dormitantem excitent, & deniq; frigescētē acēcendant, cāteraq; faciant, quæ pastoribus incumbunt anima rum. Ex quibus liquet item & id quod sequitur q; nihil habet at ueritatis.

XIII

¶ Nam subdit. Quin ipsi per se se accedunt a deo docti, de inceps mediare & docere potentes, eos qui nōdū sacerdotes, id est nondum Christiani sunt.

Fatemur quenq; Christianum ad deū posse per seipsum accedere, ut dicat precationē dominicam, & ueniā postulet atq; gratiam. Cāterū q; inepti sint ad docendum alios, qui nondū Christiani sunt, res ipsa manifestat. At ut istud donemus quosdam posse, nihilominus tamen & cāteris, nemo non perspicit, opus esse, cum intercessoribus, tū eruditioribus qui moneant, excitent, erudiant, increpent.

Sequitur. Atq; ita sacerdotiū noui testamenti proorsus sine persona & respectu regnat cōmuniter in omnibus spū solo. Si cut dicit Gala. 5. In Christo Iesu nō est Iudeus, nō est Gr̄ecus, nō est masculus, nō est fœmina, nō est dñs, non est seruus, sed omnes uos unum estis in Christo.

Ad hæc, unitas nihil impedit quin mēbra uaria sint, & nō singula paribus p̄dita donis, quū intra corporis huius unitatē idē Paulus affirmet, alios esse datos ap̄los, alios uero prophetas, alios autē euangelistas, alios pastores & doctores. Et certum est has nomenclaturas cuiuis e plābe neutiū conuenire quū alibi testetur Paulus, nec omnes apostolos esse, neq; omnes prophetas, sed nec doctores esse singulos. Quamobrē & palam est, id quod Lutherus hic afferere molitur, omnino pugnare cōtra scripturarum ueritatem.

XIII

¶ Sed pergamus in frontes meretricias lupanarium istorū, colligere testimonia, quibus sacerdotiū noui testamenti statuit, ut oppilemus & obmutescere faciamus os impudentium hominum istorū. Primus adest Petrus. I. Petri. II. Deponentes igitur omnem dolū, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, lac rationabile & sine ne dolo concupiscite, ut per ipsum crescatis in salutē, si tamen

H 2



## CONGRESSVS TERTIVS

“gustastis quoniā dulcis est dñs. Ad quē accedentes, lapidem  
“uiū ab hominibus quidem reprobatus, a deo autē electū & ho-  
“norificatū & ipsi tanq̄ uiui lapides superaedificamini in sacer-  
“dotiū sanctū offerentes spūales hostias acceptabiles deo per  
“Iesum Christū. Et infra. Vos autē genus electū, regale sacerdo-  
“tiū, ut uirtutes annūcietis eius, qui uos uocauit de tenebris in  
“admirabile lumē. Alter⁹ est testimoniū Apoca. 5. Fecisti nos  
“deo nostro reges & sacerdotes, & regnabimus super terram.  
“Tertiū, Apoca. 22. In his secunda mors non habebit potestas  
“tē. Sed erunt sacerdotes dei & Christi eius, & regnabunt cum  
“eo mille annis. Quis autē liber Apocal⁹. ueterū calculo, non  
“sit plenæ authoritatis in contentione, tamen uisum est aduer-  
“sarijs etiā ex ipso testimonia opponere, in quibus certū est uer-  
“ba fieri de omnibus christianis, eosq; sacerdotes & reges ap-  
“pellari, quod ut de uisibilibus regib; intelligi non potest, ita  
“nec de uisibilibus sacerdotibus intelligi ipsa uniuersitas chris-  
“tianorum permittit.

Hæc postrema Lutheri uerba plane sustulerunt omnem a prioribus scripturis ambiguitatē. Nā si non aliter quisq; de populo sacerdos sit q̄ rex, sitq; manifestū itē eosdē non ita reges esse, ut eis alios regendi data sit potestas, cōsequens est, ut nec sacerdotes alijs instituti sint q̄ sibi solis. Nos uero de sacerdos-  
nus, est rex & tibus loquimur, qui per ecclesiæ præsides ad id munera uoca-  
sacerdos sibi; ti sunt & ordinati, cooperante deo, & gratiā eis diuinitus infun-  
dente. Quare nihil aduersum nos hæ scripturæ militant. Ne

Hebr. 5. q̄ em̄ inficiamur, singulū quēq; christianū & regē & sacerdo-  
te esse, uerū sibi p̄st, non cuiuis alteri. Nā ut cæteror⁹ tegimē-  
phas non est cuiuis usurpare, ita nec sacror⁹ ministeriū arroga-  
re licebit. In summa. Sicut singuli, reges sunt, ita sunt & sacer-  
dotes, & ut alios regere singulis prohibetur, ita prohibetur &  
sacerdotium.

XV “¶ Atq; præter hæc tria testimonia, nihil in uniuerso testa-  
“mēto nouo inuenit, qđ sacerdotiū ex nomine meminerit.

At quid si non hoc nomine, scripturæ quicq; de sacerdoti-  
bus meminissent, nō propterea consequit⁹ q̄ nulli sint omni-  
no sacerdotes, hanc dialecticā negatiū uelut imperitā & in-



De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXXI

Efficacē sēpius explosimus. De presbyteris & episcopis sēpe  
fit mentio, qui quū re ipsa prorsu, h̄dē sint, quos hodie uocat̄  
mus sacerdotes, plane sophistica contentio est negare de sacer-  
dotibus in scripturis fieri mentionē, q̄ sub hoc nomine nihil  
de eis traditū sit, quū sub alio nomine, nempe presbyterorum  
& episcoporum sermo creberimus habeatur.

Defacerdoti  
bus logiq̄ scrip-  
tura.

Addē, q̄ causam ante reddidimus, cur illo nomine passim Quare ap̄fi  
abstinuerunt apostoli, nimirū q̄ adhuc sacerdotes ueteres of, nō utebāt nos  
ficio suo fungebant̄. Quare partim ut Iudæor̄ sacerdotes nō mine sacerdo-  
tis.  
inde nimis irritarent̄, partim ut uitaret̄ confusio, si tam nostri,  
q̄ illi, pariter sacerdotes appellaren̄, hanc appellationē ad tē  
pus apostoli uitasse putant̄. Cærerū siue ob hanc, siue ob aliā  
quāuis causam, id fecerint, Ep̄os tamen et presbyteros creber-  
rime uocatos ab eisdem fuisse, manifestum est.

Sed dicet quispiā. Cur igit̄ apostoli toties ch̄rianos oēs in  
sacris literis appellant sacerdotes? Respondeo, nihil id moue,  
re debuisse Iudæor̄ sacerdotes, post q̄ intellexissent christia-  
nos non aliter ab apl̄is uocari sacerdotes q̄ h̄dē uocati sint re-  
ges. Necq; erī ignorauerunt Iudæor̄ sacerdotes suæ ḡeti pro  
pemodū h̄sdem uerbis fuisse dictū in Exodo, Mea est em̄ om Exodi, 19  
nista, & uos eritis mihi in regnū sacerdotale, & gens san-  
cta. Hæc uerba non ignorarunt Iudæi toti populo fuisse pro-  
lata, neq; tamen ob hæc existimabant singulos de populo ue-  
re sacerdotes aut reges fuisse, alioquin non obiectassent Chri-  
sto q̄ se regem uocasset.

Lucæ 23  
XVI

Vnde hic anteq̄ plura afferamus, parumper insultemus  
portentis & idolis istis mundi, papæ & suis sacerdotibus. A-  
gite, uos egregij sacerdotes, producite nobis unū iota aut api-  
cem ex uniuersis euangelijs & epistolis apl̄or̄, uos esse aut di-  
ci debere sacerdotes p̄tæ cæteris, aut ordinē uestrū esse sacer-  
dotiū diuersum a cōmuni christianor̄ sacerdotio? Quin pro-  
ducitis? Auditis ne surdæ imagines? Ite ad Parrhisienses que-  
so, qui pro scripturæ testimonij ponent suū magistrale senti-  
mentū. Hæc propositio est hæretica, & ordinisacerdotali cō-  
tumeliosa, tū hoc sentimentū esto uobis principiū fidei. Vn-  
de ergo habemus uos idoloḡ sacerdotes? Cur nomen cōmu-

H 3



## CONGRESSVS TERTIVS

“ ne aufertis nobis, & uobis arrogatis. Nonne sacrilegi estis &  
“ blasphemii in uniuersam dei ecclesiam, qui nomine sancto &  
“ cōmuni uiolenter alij ablato abutimini, non nisi ad tyranni,  
“ dem & pompam auaritiæ & libidinis uestræ? Iterū dico, Ido,  
“ la mundi uos habemus sacerdotes; proferte testimonium pro  
“ uobis, uos onera intolerabilia orbis terrarum. Sacerdotes non  
“ estis, & sacerdotes uosipso appellatis. V idetis quid mereami  
“ ni insignes uos raptore & hypocritæ?

Nemo qui legerit hæc, se putabit (opinor) hominem audire  
re sanæ mentis, & ch̄riani spiritus, sed rabidum potius canem  
furijs ipsis actum infernalibus. At habeat sua conuictia sibi,  
Nos rem nostram prosequamur. Et quanq̄ huic insultationi  
sit abunde satisfactum ex illis axiomatis, quæ supra statuimus  
non nihil tamen & hic adjicere curabim⁹. At primum hic op̄  
tarim aduertat lector, q̄ iniuste Lutherus ob hoc huius tem-  
poris sacerdotibus insultet, quum hi nomenclaturam istam  
nec arrogarint sibi, nec excogitarint, aut iam primum inuenie-  
rint. Nam si debuit ullis ob hoc insultare, magis illis, quos an-  
te citauimus, nempe Origeni, Basilio, Athanasio, Eusebio,  
Cyrillo, Chrysostomo, Cypriano, Ambrosio, Hieronymo,  
Augustino, qui tam cæci fuerant, ut hunc quem iam Luthe-  
rus errorem arguit, deprehendere nequiverint, imo uelut cla-  
rissimam ueritatem amplexabantur. At multo magis adhuc  
insultandum fuit Ignatio, Policarpo, Clementi, Gregorio  
Nazianzeno, Dionysio, Egesippo, Philoni, Eusebio, cæteris  
q̄ uiris apostolicis, qui quum essent apostolis ipsis contempo-  
ranei, nihil docere debuissent ecclesiam, nisi quod ab aposto-  
lis ipsis accepissent. Maxime uero omnium insultare Luthe-  
rus debuit sancto spiritui, qui in ecclesia residet, propter hoc  
missus, ut eā ducat in omnē ueritatē. Permisit tamē hunc, ut  
ille putat, errorē pestilentē, etiā protinus ab ipsis ecclesiæ pri-  
mordijs, exoriri pariter & per tot annos centenarios ad hūc  
usq̄ diem per omnes christianorū ecclesias in tantū animarū  
discrimen perpetuari.

Contempso  
ranci ap̄līs

Iohan. 16.

XVII

Cæterū hoc sacro spiritu si Lutherus afflatus esset, quo nō  
est dubiū priores omnes patres quos ante memorauimus in-

De sacra sacerdotij defensiōe cōtra Luth. XXXII.

spirati fuerunt, non aliud saperet, q̄ illi, præsertim quū idipm  
unanimiter, & sentiant, & dicant om̄es, ut multo iustius hic  
insultandū esset Lutherο, qui spretis tot & tā eximijs patribus  
& eisdem spiritu sancto plenis, proprij capitjs deliramenta se  
statur. Insultandū esset, & iure quidem, ipsi sacerdotibus, si  
nomenclaturā hanc quā non arrogarunt sibi, sed a tot sanctissi  
mis, & ijsdē eruditissimis patribus ante traditā acceperunt, iā  
propter insanissimi hominis phreneticas furias deponerent.  
Sufficere potest cuiuis, non prorsus improbo, q̄ in scripturis  
nouii testamenti, uelit nolit Lutherus, apertū discrimen inter  
pastores & gregem traditur, hoc est, inter præsides & plæbē,  
q̄q̄ pastorum ipsorum ordinationibus rite factis, deus infalli  
biliter assitit, gratiam impertiens & institutionē approbans.  
Nam ita (quantum ad rem ipsam attinet) abunde satis constat  
omnibus, quantumuis Lutherus inaniter de uoce contendere  
rit. Fit & istud item dilucidū cunctis, nempe non ab homini  
bus id muneris fuisse confictū, aut per Satanam erectū, sed au  
thore spiritu diuinitus institutum.

Sacerdotiū di  
uinitus insti  
tutum est

XVIII

¶ Nec mouere quēq̄ debet, q̄ de sacerdotibus sub hoc no  
mine, tā rara sit facta mētio. Nā si quis accurate singulas isti  
usmodi appellatiōes discutere uelit, desyderabit in ipsi noui  
testamēti scriptorib⁹, exactiorē hauddubie diligētiā. Inueniet ras tradita.  
em̄ eos in hac parte fuisse parū curiosos, multaq̄ posteris, per  
uiuæ uocis traditionem, magis q̄ scriptis reliquisse. Quæ res  
ut dilucidior fiat, aliquot exempla produc:m.

Voces istæ ministerium & minister, q̄q̄ omni christiano Ministeriū no  
cōmunes uideri possent, quēadmodū in ipso nouo testamen: men quib⁹ cō  
to non semel usurpantur, tamen eadē apostolis, ep̄is, & pres̄ Petat,  
byteris peculiariter tribuunt, atq̄ id creberrime quidē. Sic em̄  
2. ad Timoth. 4. scribit Paulus. Ministeriū tuum imple. Et  
ad Collosen. 4. Dicite Archippo. vide ministeriū quod ac  
cepisti in domino, ut illud impleas. Et actorum. 1. Vt accipiat  
sortem ministerij huius. In his locis non de generali ministe  
rio quod singulis Christianis erat commune, sed de peculiari  
quod ad solos apostolos, ep̄os, atq̄ presbyteros attinet ser  
mo fit, hauddubie. Id quod etiam apertius claret act. 13. ubi de

## CONGRESSVS TERTIVS

prophetis & doctoribus Antiochienibus agit. Ita uetus habet translatio. Ministrantibus aut illis dño & ieunantibus. Erasmus ad hunc modū traduxit. Quū aut sacrificarent dño ieunarentq. Nā Δεινογένεια propriū est operantiū sacris, id qd ad solos spectat sacerdotes. Quo sit ut sacrificiū altaris liturgia sēpenumero uocetur a patribus.

Sacrificiū alterius litaris liturgia dicitur  
Presbyteri nomen, etiā iuxta uim uocis, cōmune omnibus  
est natu grandioribus, quēadmodū & Paulus apud Timotheum  
I. Timo. 5 um illud usurpat dices. Seniorē ne seius obiurges, sed adhortare ut patrē, iuniores ut fratres, mulieres natu grandiores ut matres. Hic aut pro seniore, græca uox est presbyter. Veruntamen eiusdē uocis peculiaris usus aliud quiddā & apud eum Tit. I. dē Paulū significat, scribens em ad Titū ait, Huius rei gratia reliqui te in Creta, ut constitucas oppidatim presbyteros, hic certe, nō ætate presbyter, sed dignitatē significat. Neq; enim Titus potuit cuipiā annos adiūcere sed honoris gradū.

Adde, q tam ipse Titus, q etiā Timotheus natu iuniores erant. Nā hoc de Timotheo Paulus testaf, quū dicat. Nemo

I. Timo. 4 tuā iuuentutē despiciat, & tñ ambos cōstat fuisse presbyteros Similiter episcopi presbyteriq; nomina sēpe confundunt, & ijdē episcopi uocati, qui presbyteri fuerant. Id quod ex actis. 20. perspicuū est, ubi tradit, q Paul⁹ a Mileto, missis Ep̄i & presby phesum nunchis, accersiuit presbyteros ecclesiæ, ad quos quū teri nomina peruenissent, habita prolixa oratione, tandem subdit. Attendi, confunduntur te uobis & cuncto gregi, in quo uos spūs sanctus posuit ep̄os ad regendū ecclesiā dei, quā acquisiuit sanguine suo. Ecce ijdē ipsi, qui paulo ante dicti sunt presbyteri, iam ep̄os uocat, quos & affirmat a spū sancto positos ad regendā ecclesiā dei. Nec istud certe christianis omnibus commune fuit, nimirum ut regerent ecclesiam dei.

Nō oēs ch̄riā ni regunt eccl̄iam  
Apostolor⁹ item nomenclatura, si uim uocis expendas, cō munis est & 70. discipulis. Quēin modū Iohannes usurpat Iohan. 13. eā, quū dicit. Non est aplūs maior eo, qui misit illū, Nā aplūs idem est quod missus, & 70. quoq; mittebanf, vti Lucæ. x. statis apertū est. Cæterū peculiaris hui⁹ uocis usus in multo paucio res cōpetebat, id quod nemini non est cōpertissimum

De sacra sacerdotij defensiōe cōtra Luth. XXXIII

Possumus & alia ad hunc modū haud pauca memorare, sed hæc opinor sufficiunt, ut quiuis intelligat de nomenclaturis istiusmodi non esse scripto satis exacte definitū, sed earum clariorē distinctionem, ex his quæ uiua uoce tradita sunt, necesse sit potius esse petendam.

¶ Q, si quis ex mere negatiuo, nimirū ex eo, q̄ nusq̄ uocati sint ab apostolis sacerdotes, contendat esse colligendum nullos eiusmodi fuisse sacerdotes, ita nos facile colligemus Iohannē Euangelistā existimasse, nullū inter ap̄los & discipulos fuisse discriminē. Nam ille per totū Euangeliū suū nusq̄ apo<sup>stoli</sup> nomen stolorū, sub hoc nomine, mentionē facit. Et tamen crebro de nō a Iohanne his iōpis loqui, q̄ fuerant apostoli, nusq̄ eos nominans aposto ponitur. los, sed discipulos dūtaxat. Quid ergo? Num propterea nihil discriminis inter ap̄los & discipulos fuisse credidit? Non con sequitur. Sic pariter & de noui testamenti scriptoribus dicen dū est, q̄ quanq̄ hi de sacerdotibus, sub hoc nomine nullā fecerint mentionē, non oportet, ob id nihil inter sacerdotes & reliquos interesset christianos. Nā de illis ip̄sis abunde sub alio nomine meminerunt, nempe quoties de presbyteris & ep̄is copis habebatur sermo.

¶ Nec mirum cuiq̄ esse debet, si postea sp̄us diuersum in Sacerdotū dī, ter hos gradū esse uoluerit, quandoquidē huiusce rei tā eui, uerū gradus dens exemplat ante per Christū in euangelio fuerat exhibitū necessarij. Neq̄ eī frustra Christus diuersum gradū instituit duodecim Lucae.x. apostolor̄ a. 70. discipulis, & rursum eorundē. 70. discipulo rū a reliqua turba. Q, si Christus tantū discriminis in illo pu sillo grege necessariū fuisse duxerit, quis nō aduertit hoc multo magis in toto christianor̄ cœtu qui mox postea supra stel larū numerū excreuit, oportuisse fieri. Rectissime igit & non absq̄ sacri sp̄us instinctu successisse apostolis credendi sunt hi Ep̄i succedūt apostolis, quos ep̄os & maiores sacerdotes uocamus, nimirū q̄ hi pri mū in ecclesia gradū obtineant. Septuaginta uero discipulis, illi q̄ presbyteri minoresq̄ sacerdotes dicunt, q̄ & secūdī gra<sup>s</sup> Sacerdotes dus tenent formā. Nā debuit hæc ueritas, quæ per Christum sunt discipūs instituta fuit in ecclesia perpetuari, sic ut semper essent quidā, lorum successores, qui referrent ap̄los, aliq̄ qui septuaginta discipulos formā ex sores.

I



## CONGRESSVS TERTIVS

primerent. Nec adeo quisq; opinor, hæreticus est, ut neget ista graduū uarietatē, a Ch̄o institutā, eandēq; deinceps ab aſ postolis usurpatā fuisse. Qz si fateaf, iam cōsequens est, ut cō cedat hos gradus, haudquaq; singulis de plebe cōgruere, sed his dūtaxat, qui legitime fuerint ad ipsa munera per ecclesiæ p̄ræſides aſciti, pariter & ordinati.

XXI

Argumētā ne  
gatiua sunt in  
ualida.

¶ Quæ uero sequunt in Luthero quantū ad hūc impetum spectat nullius ponderis sunt, neq; responsione digna, de hoc certus esto lector, q; nihil contra ſacerdotiū afferre Lutherus potest, præter argumenta negatiua, quæ nihil penitus apud eruditos efficiūt. Verū quidē est q; testimonia quædā ex ſcri pturis profert, quæ ſonare uident nihil ſcripturis adjiciendū eſſe, neq; testamento Christi quicq; ſuperordinandū. Quæ ſi uera forent iuxta Lutheri mentē, iā nō uere dixiſſet Christus Multa habeo uobis dicere, quę nō potestis portare mō. Nam ſi nō ante ſuam ascensionē omnia dixit eis, quæ dicenda fuerant, quū palam ſit eū ante mortem testamentū ſuū condidiſ ſe, q; ambigere p̄t alia plurima Christū reliqſſe ſupordināda.

Iohann. 16  
I. Corin. 7.  
& alibi

Paulus multa  
addidit testa/  
mēto Christi.

Multa abſcq;  
iſcripturis re/  
cepta ſunt.

Adde, q; ſi Christus nihil ſuo testamento uoluifſet adjici, cur poſtea miſit ſp̄m ut nos in omnē induceret ueritatē? Præ ter hæc cur Paulus nō ſemel adjiciit de ſuo dicens: Hæc ego, nō dñs. Cur præter ſcripturas, multa tradidit obſeruāda, quę admodū. 2. ac Thessa. 2. testaſ dicens. Itaq; fratres ſtate & tene te institutiones quas didicistiſ, ſiue per ſermonē, ſiue per epि ſtola noſtrā. Et I. ad Corin. II. de euchariftia loquens. Cetera (ingt) quū uenero diſponā. At hæc cetera, nusq; ſcripta ſunt. Sed hac de re ſatis copioſe locuti ſumus alibi, nimirū ubi cōſu tam Lutheranos articulos nona ueritate. Nō ſic ergo debēt intelligi ſcripturæ, quę admodū eas inuertit Lutherus, nēpe, q; nihil oīno præter ſacras līas admittendum ſit, nec eis quicq; adjiciendū, quū & per apl'os multa ſint abſcq; ſcripturis tradita multaq; ſaluberrime per eorū ſuccelfores adiecta. Sed ita poti us intelligamus nihil eſſe cōtra ſcripturas recipiēdū, aut quicq; quod cū eis pugnet adjiciendū quo uis pacto. Vides ergo le tor Lutheri primū impetū, de quo tantopere pridē gloriat⁹ eſt, iam humi iacere eneruatum & exoſſatum, roboriſq; peniſ

De sacra sacerdotij defensiōe cōtra Luth. XXXIII  
tus omnis expertem. Quare nunc ad secundum impetum ue  
niamus.

¶ Cōfutant̄ rursus authoritates qbus Lutherus pugnat  
aduersus peculiare sacerdotiū qd ex diuinis  
scripturis afferit. XXII

 Ro secundo impetu, quē & æque fortē Lutherus  
iactitat. Primo producit Paulū ad Roma 12, Ob,  
secro uos per misericordiā dei ut exhibeatis corpo  
ra uestra, hostiā sanctā, uiuentē, placentem deo, ra/  
tionabile obsequium uestrum.

Hoc testimonio docet quēq; christianū sacerdotē eē, quē  
admodū & rex est, nō ut alios regat, aut sacra cōferat alijs. At  
nos de sacerdotib; cōtēdim, q; pascūt, regūt, et sacra ministrāt  
alijs. Quare nisi probet Lutherus, q; quisq; ch̄ianus ius habet  
cæteros regēdi, aut sacra cōferendi cæteris, nihil facit.

Alterū ex Petro testimoniū profert, nimiꝝ hoc iſm, qd añ  
protulit impetu supiori. Et ipsi tanq; uiui lapides supædifica  
mini in sacerdotium sanctum offerentes hostias spirituales ac  
ceptabiles deo per Iesum Christum.

Et hoc itē cōcessim, unicuiq; ch̄iano dictū eē. Atq; hoc mō  
quēq; christianū sacerdotē esse sed sibi, non itē cæteris quēad  
modū illi sunt, pro quibus iam est controversia.

Tertiū testimoniū ex David, quod & triplex facit pro to  
tiplici genere sacrificiorū. Sacrificiū deo spūs contribulatus.,  
Immola deo sacrificiū laudis. Sacrificiū laudis honorificabit,,  
me. Sacrificate sacrificium iustitiæ

Et hæc, nihil repugnamus, quin pro singulorū sacrificijs ac  
cipiant, tametsi nō desint qui per iustitiæ sacrificiū, hic intelli  
gant sacrificiū Eucharistiæ, q; paulo post, frumenti uiniq; de  
quibus hoc sacrificiū a sacerdotibus cōficitur, facta sit mentio  
Sed ob istud minime contendam.

Quartū ex Paulo, Per iſm ergo offeram⁹ sacrificiū laudis,,  
semp deo, id est fructū labiorū confitentiū nomini eius.

Et hoc iam diximus christianis omnibus esse commune

Quintū ex Osea, Omnem aufer iniquitatē & accipe bonū,,  
& reddemus uitulos labiorum nostrorum.

## CONGRESSVS TERTIVS

Et hoc pro sacrificio laudis, quod singulorum est  
“ Sextū iterū ex Dauid. Disrupisti uincula mea tibi sacrificas  
“ bo hostiam laudis.

Et pro sacrificij genere superius ex eodē propheta testimo  
niū attulit. His testimonij putat Lutherus se fortiter impeti  
sse. Sed uides lector q̄ incruentus sit is impetus. Nihilo certe  
maiorē intulit plagā, q̄ telū ab infantulo missum. Et tñ ouati  
XXIII onē facit, perinde acsi cunctos, hoc fudisset impetu.

“ ¶ Hic iterū (inquit) urgebimus & insultabimus papistis, ut  
“ proferant etiam pro sui sacerdotij sacrificio, unum iota aut a  
“ picem e scripturis. Agite uos incliti sacerdotes Baal, inuoca  
“ te deum uestrum.

Pape quantā audio blasphemā: Quisquis dei sacerdotes,  
sacerdotes Baal uocat, hauddubie Baal deum facit.

Lutheri blasphemia. Quū igit̄ congressu superiori palā ostendimus, tū ex uere  
ti, tū ex nouo testamento, ap̄los & eorū successores dei sacer  
dotes esse, manifeste blasphemus esse Lutherus cōuincit, qui  
sacerdotes Baal illos adeo contumeliose uocat.

“ ¶ Et pergit rāmen adhuc Lutherus etiā illudere deo. Inuo  
“ cate (inquit) deū uestrū. Forte est in itinere aut certe dormit.  
“ Deus est em̄ & audier, Dicite ubi scriptū sit missas esse sacrifici  
“ cia: vbi docuit Chrt̄us panē & uinū cōsecretū offerre deo:

Sacerdotes sunt p̄sbyteri. De missis q̄ sint sacrificia pluribus egimus, respondendo  
Lutheri cauillis aduersus illustrissimū regē, ex quib⁹ (opinor)  
dilucidū est missas esse sacrificia. Cæterū ubi Christus panem  
& uinū consecratū obtulerit deo, secundo congressu satis ab  
unde monstrauimus, ut nihil habeat Lutherus quod illis og  
ganniat. Et quanq̄ apostoli sub hoc nomine mentionē sacer  
dotū nusq̄ faciant, cuius rei rationē nos ante reddidimus, ta  
men sub alijs nominibus s̄a penumero meminerunt. Nā eos  
hauddubie. I. Petri. § presbyteros uocat, quos & in hunc mo  
dū alloquī dicens. Pascite quantū in uobis est gregē Ch̄ri cu  
rā illi⁹ agētes. Quæ uerba nullus æquus iudex ad singulos di  
ci christianos intelliget, quū inter pastores & gregē apertum  
statuant omnes discriben.

Hos etiā Paulus, ecclesiæ præsides uocat ad Hebr. ultimo,

De sacra sacerdotij defensiōe cōtra Luth. XXXV

populū alloquens. Parete his qui præsunt uobis, & cōcedite. Sacerdotes  
Si quidē illi uigilant pro animabus uestris tanq̄ rationē reddi  
turi. Et hic manifeste Paulus discriminat illos a plæbe, conte, Sacerdotes a  
stans eos rationem reddituros pro animabus plæbis. plebes cernūt

Huiusmodi presbyteros Paulus Tito mandat, ut oppida, Tit. I.  
tim constituat. Et apud Timotheū affirmat dupli honorē di  
gnos esse, modo bene præfuerint. I. Tim. 5.

Hos & idē Paulus, deicooperarios uocat, hoc est coædifi-  
catores & agricolas. Plæbē uero ipsam ædificationē, & agri-  
colationē appellat. Sic eñ de se & sui similibus dicit. Dei coo I. Cor. 3.  
perarij sumus. At quod ad plæbē attinet, subdit. Dei ædifica-  
tio dei agricolatio estis. Nā illorū officiū est ædificare & agri-  
colare plæbē. Habent eñ potestatē (ut alibi testat̄ Paulus) in z. Cor. x.  
ædificationē non in destructionē. Et sunt agricolæ quibus iā  
dñs uineā suā locauit, de quibus apud Matthæū dicitur. Et ui Mat. 21.  
neā suā locabit alij agricultorū, qui reddent ei fructū temporib⁹  
suis. Nec est cuiq̄ ambiguū, quin olim sacerdotes ueteris le-  
gis erant agricultorū uineæ dominicæ. Quāobrē & agricultorū q  
bus iā locatur eadē uinea, quid aliud erunt q nouæ legis sacer-  
dotes? Isti procul dubio quū ordinabant̄ manuū impositione  
gratiā acceperunt, sicut olim in ordinatione sua Timotheus I. Tim. 4.  
accepit, & sicut illi, qui per Paulū & Barnabā precantes, & ie Act. 13  
iunantes, impositis manib⁹ ordinabant̄. Nā ad cunctos eius-  
modi spectant Pauli uerba, quū Ephesinos presbyteros in u-  
nū conuenerat. Attendite (inquit) uobis & cuncto gregi, in Actzo  
quo uos spūs sanctus posuit epōs ad regendū ecclesiā dei quā  
acquisiuit sanguine suo. Ecce presbyterorū horū ordinatio,  
spiritui sancto, non hominibus ascribit̄, quandoquidē ait spiri-  
tū sanctū illos posuisse ad regendū ecclesiā dei. In quibus uer-  
bis & luculenta sacerdotū ac plæbis innotescit differentia.

Ignosce mihi lector, q toties hæc inculcem, quū huc ade-  
git me gloria Lutheri iactantia, nimirūt his toties recensi- XXIII  
tis, & inculcatis contundā, si fieri potest impudentissimā ip-  
sius arrogantiā, qui tā perficta fronte nihil discriminis inter  
plæbē & sacerdotes esse contendit, quū facta sit tamen ubiqz  
plusq̄ apertissima discriminatio. Quis eñ usq̄ adeo stupidus

## CONGRESSVS TERTIVS

est ut non intelligat aliquid esse discriminis inter vineā, & uineæ cultorē, inter agrū & agricolam, inter ædificium & ædificatorem, inter pastores & gregem; inter eos deniq; qui res Appellatiōes plebis & sacerdotū diuersae sunt & alios qui reguntur. Quamobrem quū ubiq; legamus in novo testamento plæbem appellari vineas, agros, ædificia, greges, ac subditos; cōtra uero, quos ante diximus inter Christū & plæbē sequestros fuisse, vocari uinitores, agricultores, ædificatores, pastores, præsides, & rectores; quis non apertissimā plæbis & presbyterorū cernit differentiā. Quoniā igitur eos dem clarissime demonstrauimus, tam ex nouo q; ex ueteri testamento sacerdotes esse, rationes item & scripturas quas Lutherus in contrarium attulit aperte confutauimus, non est qd iam a nobis quisq; exigat amplius, quū abunde sufficient ad secundū impetum retundendū ista quæ iam diximus.

### Epilogus

¶ Confutatur prætensæ rationes quibus docendi munus singulis Christianis com-  
mune afferitur.

XXV

Intentio  
auhtoris



Ro tertio demū impetu, quē contra sacerdotiū Lutherus iacula, nihil est necesse ut diu morem ur lectorē, quū in hoc non aliud conetur Lutherus, q; ut ostendat docendi ministeriū cōmune esse cuius de populo. Sed quū hoc ipsum etiam sub impetu primo, magno conamine molitus sit, nimirū ut quisq; Christianus sibi ad doctrinā sufficeret; nosq; illud conamen ibi reppulerimus, iā nihil opus fuerit pluribus ad hunc impetu conterendum. Ad nugas, ad conuitia, & ad ea quæ nihil ad instituti probationē conferunt, non respondebimus, tantū ea refellemus, quæ spe ciē aliquā efficacis argumēti præ se ferunt. Sic igitur pro suo more Lutherus iactitat.

“ Primū inuictis scripturis firmabimus, legitimū illud & unicū cum uerbi ministeriū esse cōmune omnibus Christianis, sicut & sacerdotiū & sacrificium. Dicit em̄ Paulus. 2. Corinth. 4. “ Qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non literæ, sed spiritus. Hoc em̄ de omnibus Christianis dicit, ut omnes faciat ministros spiritus. Est autem minister spiritus, is qui tra-

De facta sacerdotij defensione cōtra Luth. XXXVI

dit uerbum gratiæ, sicut minister literæ qui tradit uocem le<sup>ss</sup> gis. Hoc Mōsi erat, illud Christi est.

Hic Paulum introducit. 2. ad Corin. 3. sic dicentem. Qui idoneos fecit nos ministros noui testamenti, non literæ, sed spiritus. Et hoc contendit ad singulos Christianos pertinere, & pro singulis fuisse dictum. Respondeamus palam esse Paulus se a se, cuius, capitulum illud attentius legenti, non de cunctis id fuit idoneū euā ille dictum Christianis, sed Paulum hoc de sua ipsius persona gelij ministri fuisse locutum. Quæ res perspicua fiet ex initio capituli. Sic enim exorditur. Incipimus rursum nosiplos commendare. Num egemus ut nonnulli commendatijs epistolis. Epistola nostra uos estis inscripta in cordibus nostris, quæ intelligitur & legitur ab omnibus hominibus, dum declaratis q̄ estis Epistola C H R I S T I subministrata a nobis, inscripta non atramento, sed spiritu dei uiuentis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis.

Hactenus (opinor) nemo dicet mutatā esse personam Pauli, sed hæc de suo ministerio, quod erga Corinthios gesserat, fuisse locutū. Et pergit adhuc de eodem disserere ministerio. Nam continententer sequitur. Fidutiam autē habemus per Christum erga deum, non q̄ idonei sumus, ex nobisip̄siscogitare quicq̄, tanq̄ ex nobisip̄sis, sed omnis idoneitas nostra ex deo est, qui & idoneos facit nos ministros noui testamenti, nō literæ, sed spiritus. Et hic ut cernis de Euangeliū ministratio loquitur, qua conuertit Corinthios ad fidem. Sed hoc attende Lutherus in quæso lector, quanta sit impudentia Lutheri, qui locū Pauli uertit Paulū tam apertū non erubescit inuertere. Quid iā sperabimus illū fecisse in obscurioribus locis, qui sic detorquet apertissimum. Non est ergo mutata persona Pauli quum idem ipse Paulus, qui superiora protulit de sua ipsius persona, iā sequentia quo q̄ de seipso pronunciauit. Adde, q̄ sequēti ca. sic scribit. Propterea cū ministeriū hoc habeam⁹, ut nři misertus est deus, haud degeneram⁹, sed reieci⁹ mus occultamēta dedecoris, nō uersantes p̄ astutiā, neq̄ dolo tractātes uerbū dei, sed manifestatiōe yitatis cōmēdantes nos ip̄sos apud omnē conscientiā hoīm in conspectu dei. Quod si



## CONGRESSVS TERTIVS

adhuc uelatū est euangeliū nostrū, in his quæ pereunt uelatū est. Ecce pergit adhuc populus de ministerio suo loqui, quod erat sibi cōmissum gentiū docendarū gratia. Quare tantū ab' est ut is locus quicq̄ faciat pro Lutherō, ut etiā plurimū aduer setur ei. Nā ut hic de ministerio doctrinæ euangelicæ sibi de legato gloriaf̄ ita passim hoc ipsum in omnibus ferme facit e' pistolis. Habet identidē & in priori ep̄la cap. 4. similia quedā uerba quū dicit. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi & dispensatores mysteriorū dei. Quæ profecto neutiq̄ intel ligenda sunt de singulis Corinthijs fuisse dicta, sed de Paulo

I.Cor. 4 & Appollo dūtaxat, quēadmodū inferius aperte Paulus do ICor. 3. cet inquiens. Haec aut̄ fratres per figurā transtuli in me ipsum & in Appollo propter uos. Et illos ipsos cap. præcedenti mi nistros Christi uocat. Quis (inquit) est Paulus? Quis aut̄ Ap pollo, nisi ministri per quos credidistis. At hui⁹ ministerij fun ctio, nō erat singulis de populo cōmunis, quēadmodū (opi nor) dilucide superius ostendimus. Falsum est igit̄ quod Lu therus impudenter affirmat, nē p̄dixisse Paulū illa uerba de

XXVI. singulis christianis.

“ Item Petrus dicit omnibus christianis, ut uirtutes annun cietis eius qui de tenebris uos uocauit in admirabile lumē su um. Quis christiano non est uocatus de tenebris? At huius est & ius & potestas imo necessitas annunciandi uirtutem se se uocantis.

Non opinor his uerbis Petru hoc fuisse molitū, ut quisq̄ Sacerdotū est christianus concionaret plæbi. Nā id pastoꝝ officiū esse ma docere plebē, nifeste docet ipse Petrus cap. 5. sequenti. Presbyteros (inquit) qui inter uos sunt obsecro qui l̄sum & ipse presbyter, pascite quantū in uobis est gregē Christi, curā illius agētes. Ecce ad presbyteros spectare uult, ut pascant, hoc est doceant, regant & curent gregē, non aut̄ ad singulos de grege. Gregis enim est regi, doceri, curati potius. Sed neq̄ cuiq̄ nisi uocato docē di munus usurpare licet, quantūvis doctus, eruditusve fuerit. Quod & Lutherus ipse testat in cōmentarijs ad Galathas, si tamen uelit agnoscere sua uerba.

Quidā (inquit) nisi doceant, stultissima cōscientia credunt se



De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXXVII.

pecuniā domini sui abscondere, & reos esse damnationis. O,,  
bone frater, uno uerbo Christus te liberat ab hac quærela. Vi,,  
de euangelium quod dicit sic, Vocatis seruis tradidit illis bo,,  
na sua, uocatis inquit. Quis autē te uocauit? Expecta uocan,,  
tem. Interim esto securus, Imo si es̄ sapientior ipso Solomo,,  
ne & Daniele tamen nisi uoceris, plus q̄ infernū fuge, ne uer,,  
bū effundas. Si tui eguerit uocabit te, si nō uocabit, nō te rum,,  
pet scientia tua. Hæc Lutherus.

Nemo igitur, etiam Lutheri sententia, ius habet docendi,  
priusq̄ uocetur. Id quod fusius axiomate sexto monstrauimus Simplices idis  
Q, si doctis & eruditis id non liceat, quanto minus indoctis ot̄ae poti⁹ exē  
quales in toto christiano grege non est dubiū quin sint innu⁹ plo q̄ uerbo  
meri. Non hortatur itaq̄ Petrus illis uerbis nnumquēq̄ chri⁹ docebunt.  
stianum, ut publice doceat euangeliū Christi, sed uita potius  
& conuersatione Christū annunciet, quemadmodū & subdit  
continenter. Conuersationē (inquit) uestrā habete honestam I. Petri. 2.  
inter gentes, ut in hoc quod obtrectant uobis quasi maleficis  
ex bonis operibus æstimantes uos, glorificant deum in die ui  
sitationis. Et istud certe est annunciare uirtutes eius, qui de te  
nebris eos uocauit in admirabile lumen suū. Nihil ergo locus  
ille Petri Lutheruſ suffragatur.

XXVI

Hoc quidē fieri debere concedimus, ne simul multi lo,,  
quantur etiam si omnes eandē loquendi potestatem habeant “  
Nam & Paulus erat dux uerbi, Act. 14. quo loquente Barna “  
bas tacebat. Sed nunquid ideo Barnabē non erat ius & neces“  
sitas loquendi?

Quanq̄ Barnabæ fuerat ius & potestas docendi, nimirū q̄  
is a spiritu sancto segregatus in id ministerij fuerat una cū Pau Acto. 15.  
lo, non tamen oportet ut singuli christiani, qui nec ita missi,  
sunt, nec docendi gratiam acceperunt, ius habeant & docen  
di potestatem.

Oportet inquā iuxta apostolū. 1. Corinth. 14. omnia hone,,  
ste & secundū ordinem fieri in nobis. Sed per hoc æqualitas,,  
ministerij non tollitur, imo confirmatur. Ideo em̄ necessarius,,  
est ordo loquendi, quod omnes potestatem habent loquendi,,  
Si em̄ unus tantum haberet potestatem loquendi, quid de or,,

K



## CONGRESSVS TERTIVS

et dñe necesse esset præcipere?

Ordinē loquēdi Paulus fieri uoluit ubi plures essent docto  
res & prophetæ, quēadmodū in magnis oppidis cōmuniter  
erant, p̄ssettim Corinthi, q̄ fuit Achaiae metropolis & em  
poriū totius Asiae celeberrimū. At illud neutiq̄ efficit, ut s̄int

XXVIII guli oppidanoꝝ parem haberent docendi potestatē.

“ Sed uideamus eum locum apostoli totum, qui papistica  
“ mendacia, de iure docendi & maioritate potissimis fulminib⁹  
“ conterit, dicit itaq̄. Siue lingua quis loquitur, secundum du  
“ os, aut ut multū, tres, & per partes, & unus interpreteſ. Qui  
“ si non fuerit interpres, tacet in ecclesia, sibi autem loquatur &  
“ deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant & cæteri dijudicēt.  
“ Quod si alij sedēti reuelatum fuerit, prior taceat. Potestis em  
“ omnes per singulos prophetare, ut omnes discant & omnes  
“ exhortentur. Hæc Paulus.

I.Cor.12 Is locus fulmen quoddā potissimū Lutheru uidetur, & ex  
parte credo, quū ipsum prorsus excæauerit, ne queat cerneſ  
re ueritatem. Nam satis dilucide superius ostendit Paulus, nō

omnium esse docere aut prophetare. Num omnes (inquit) aſ  
postoli? Num omnes prophetæ? Num omnes doctores? At  
essent profecto snguli doctores, si ius & potestatem haberet  
docēdi. Sed ut donemus hoc Lutheru, ius eos habere docēdi,  
palam est tamen eos haud aliter id habere q̄ quum indoctus

Corinthij qui quispiam cathedræ præficitur, is utiq̄ docendi ius habet, ue  
dā indocti fu runtamen quum ipse doctrinæ sit expers, palam est eum do  
cere non posse. Tales autem pleriq̄ fuerant inter ipsos Co  
rinthios. Quam rem & Paulus eiusdem epistolæ cap. 3. lucu  
lenter aperit inquiens. Et ego fratres non potui loqui uobis  
ut spiritualibus, sed loquendum fuit ut carnalibus, ut infantis  
bus in C H R I S T O lactis potu uos alui, & non cibo. Non  
dum enim poteratis, sed nec nunc quidem adhuc potestis. Ec  
ce quales erant complures Corinthiorum, utiq̄ carnales &  
infantes in C H R I S T O, qui necdum fuerant alendi. Et  
hos tamen L V T H E R V S impudenter contendit alios  
docere potuisse, quum ipsi nondum ualuerint percipere quæ  
docearentur.

De sacra sacerdotij defensiōe cōtra Luth. XXXVIII

¶ Vos idola papæ hic cōpello, quid contra hæc mutare potes, „  
stis? Paulus dicit, oēs posse prophetare, & per ordinem, unus „  
post aliū potest loqui, adeo ut sedens & audiens, si quid reue, „  
latū ei fuerit, surgere possit, & prior loquens debeat ei cedere „  
& tacere, tū quicūq; sunt, qui loquunt̄, sub iudiciū audiētiū lo „  
qui, & eoꝝ authoritati subdi debent. „

Paulus de prophetis loquit̄ & prophetare potētibus, nō de  
cæteris, qui neutiq; prophetandi munus accepissent, quales et I. Cor. 12  
plutimos in eo populo fuisse iam ex eodē Paulo monstrauis  
mus. Illos ergo qui prophetæ fuerant & prophetare notunt  
Paulus uoluit per ordinē prophetarent, nisi forte cuipiā esset I. Cor. 14  
quicq; reuelatū, quod & crebrius illo tempore fieri contigit.  
In quo casu uoluissē uidetur Paulus, ut ordine intermissio, is a  
ceteris audiretur, priori qui loquebatur iam tacente. Sed quid  
hoc ad Romanum pontificem? nisi forte quisq; in concilio, u<sup>r</sup> Papa audiet  
bi ipse pontifex præsens est, reuelationem acceperit de nego, reuelationes  
cioquopiam, quod tunc in ipso cōcilio forte tractatur. Tum narrantem  
certe nemo negat illum auditū debere ab omnibus, etiam ab ip  
so pontifice, & dñadicari, num a deo reuelatum sit, quod in  
medium attulerit.

¶ Vbi nunc est os tuum impudens, & bucca blasphemæ „  
pelagi⁹ qui crepasti immani superbia. vbi est maioritas ibi est „  
mandandi authoritas, cæteros manet obediendi necessitas. „  
Scilicet Satan ipse per os tuum aduersus Christum in Paulo „  
loquentem, hanc rabidam uocem euomuit. Christus te & tua „  
omnibus subiicit, authoritate diuina dans omnibus & loquē, „  
di et iudicandi potestatem, tu uero temeritate propria, omnes „  
subiçis tibi, & elevaris super omnes solus sicut lucifer, arro, „  
gans soli tibi ius loquendi & iudicandi. Igitur omnes christia „  
ni ius & officiū habent docendi ut rumpatur Behemoth cum „  
uniuersis squamis suis.

Mera conuitia sunt hæc nec ulla responsione digna. Nisi  
esset in ecclesia mandandi authoritas, nunquam dixisset Pau<sup>r</sup>lus. Obedite præpositis uestris, & subiacete illis. Et rursum, Hebr. 13.  
qui bene præsunt presbyteri duplii honore digni habeantur  
Et ad Philipp. 2. Qui huiusmodi sunt, eos in præcio habete.

K 2

XXIX

XXX



## CONGRESSVS TERTIVS,

I.Thessa.5. Ad Thessalonicenses quoqsic ait. Rogamus uos fratres, ut agnoscatis eos qui laborant inter uos, & qui præsunt uobis in domino, & admonent uos, ut habeatis illos in summo pre<sup>c</sup>io. Neqz aliud unquā præcepit Paulus, ito non semel de sua po

testate, pariter & aliorū obedientia sermonē facit. Oportet e<sup>s</sup> quidem in ecclesia maioritatē esse pariter & mandandi autho

ritatē. Quæ si concedatur alicubi, maxime omniū conuenit

Lutherus am ut in summo collocetur pontifice. At hanc omnibus adimes

bit supioritas re studet Lutherus, ut solus ipse regnare videatur. Nam aut

tem ego uehementer fallor, aut ipse, quod pontifici obijcit, sibi u

ni cunctos quærat subiisciendos. Et quomodo non id quærat,

qui rudit & ignaræ plæbis iudiciū tot sanctissimorum patrum in

terpretationibus anteponat. Plus enim apud illum ualet iudici

um uulgi, nimirū quod hi Lutheranam factionem approbent, quod

tot sanctissimorum patrum una concorsqe sententia, quod per eam

cuncta Lutheri dogmata penitus explodantur. Quamobrem

si quis priora conuicia regerere uelit in Lutheru, tam apte qua

drat, ut i neminem alium congruentius. Os impudens, bucca

blasphæma, immanis superbiæ crepitus, lingua per Satanam

incensa contra Christū in Paulo loquentem, uomitus rabide

uocis, temeritas cupientis omnia sibi subiisci, ambitio plus quod lu

ciferina, qua super pontificē & patres omnes eleuari studet, ar

rogantia supra modum, qua impudentissime fretus, omnium,

quantumuis aut eruditione aut sanctimonia præditorum, iu

dicia contemnit. Et demū ut uerus Bohemoth sycophantiæ

squamis impenetrabilibus operitur. Sed nos a conuictis absti

nendum duximus.

Conuictia in Lutherum re geruntur

XXXI

“ ¶ Consequens est ut illud Christi, qui uos audit me audit,  
“ non maiore fide, ad suā tyrannidē traxerint, quā illud prophe  
“ tæ. Nolite tangere christos meos, Propheta enim loquitur de  
“ christis dei, dū dicit, Christos meos, id est quos deus unxit un  
“ etione sua, & sanctificauit spiritu sancto. Papistæ trahunt ad  
“ christos papæ & episcoporum qui unguntur oleo isto corrupti  
“ bili in summis digitis tantum. O flagitia papistica in diuinis  
“ uoces. Christi dei sunt omnes sancti Christiani, & papa facit  
“ christos dei, eos qui lupanaribus & speluncis latronū seruiūt.

De sacra sacerdotij defensiōe cōtra Luth. XXXIX

Certū est prophetam hic ad literā de tota gente Iudæorū loqui, in qua quū erant duæ partes, altera sacerdotū qui fuerant uncti, altera plæbis; quæ non ungebatur; omnes tamen christos, hoc est unctos, propheta uocat, propter mutuā inter se cōmunionem. Nec tamen ob id eius offensa, qui uim inferret cuiuis de uulgo, paris culpæ fuit apud deū, atq; si sacerdotem percussisset. Sic & de Christianis similiter existimandum est, de quibus iuxta spiritū hæc uerba sunt accipienda. Quum Sacerdotes sint inter illos & populus & sacerdotes, quanq; omnes sint un bis ungūt̄ eti, & manuū acceperint impositionē, tamen quia sacerdotes bis unguntur, ac gemina manuū impositione consecrantur, iccirco non est dubiū quin pro his districtius iusserit deus, ne tā gerentur christi sui.

XXXII.

¶ Sic cū omnes christianos audiri oporteat, id est, qui Christum loquuntur, Papa trahit ad suos apostolos tantū, qui nō nisi diabolū loquuntur, & qui spernit diabolū, eius Christum, spreuisse iudicandus est.

Profecto nisi plane diabolico spiritu fuerit inflatus, nemo tam mendaciter euangeliū interpretari possit, atq; Luther⁹ interpretatur. Nā apertissime Lucas hæc uerba Christū dixisse testatur septuaginta discipulis, quū hos misisset ad prædicandū. Sic em⁹ cap. x. scribit. Post hæc aut̄ designauit dñs Iesus & alios septuaginta, misitq; illos binos ante faciē suā in omnem ciuitatē & locū quo erat ipse uenturus, quibus post multas instructiones subdit. Qui uos audit me audit, & qui uos spernit Nō oībus dñe spernit. Q, si cunctis Christianis hæc dicta fuissent, opor̄tū est, q; eos tet & superiora omnia similiter eisdē fuisse dicta. Quare & hoc audit, me aus quoq; dictū est omnibus. Nolite portare sacculū neq; peram dit necq; calciamenta & neminē per uiam salutaueritis, quod est p spicue falsum. Similia tamen uerba Matthæus memorat apóstolis dicta fuisse, quū & hi mitterentur ad prædicandū. Qui recipit uos, me recipit; & qui me recipit, recipit eum qui misit me. Sed quū utriq; hoc est, tā apostoli q; septuaginta discipuli fuerant in uerbi ministeriū missi, quod ad alteros fuerat dictū, potest & de alteris non incōgruenter intelligi.

Cæterū quod subinde garrit de Theodidacto prorsus om̄

K 3

Prophetæ &  
sacerdotes di  
cuntur christi

## CONGRESSVS TERTIVS

Cauilli con*ni ratione caret. Nam quū Lutherus quemlibet e plebe The*  
*futatio. odidactū esse contendit, consequens est ut is nemini parere de*  
*beat, neq; quisquā huic aliquid imperare. Stulti igitur Thessa*  
*z. Thess. 3 Ionicenses erant, qui præceptis obtemperabant Pauli, quem*  
*admodum & ipse testatur inquiens. Confidimus autem per*  
*dominum de uobis, q; quæ præcipimus uobis, & faciatis &*  
*facturi sitis.*

Phil. 2 Stulti Philippenses ad quos ait. Semper obedistis, non tanq;  
1. Corin. 11 in præsentia mea, sed nunc multo magis in absentia mea. Stul  
ti Corinthi, de quibus & dicit. Collaudo uos fratres q; omnia  
mea memoria tenetis, & quemadmodum tradidi uobis insti  
Tit. 3. tuta tenetis. Frustra Titum iubet idem Paulus ut admoneat  
CHRISTIANOS, quatenus principatibus ac potesta  
tibus subditi sint & magistratibus pareant. Frustra deniq; mā  
Acto. 21. darunt apostoli qui Hierosolymis erant, cæteris Christianis,  
qui tum abfuerant, ut abstinerent a sanguine & suffocato, de  
qbus Chrs nihil tradidit. Verè optime nouit Luther<sup>o</sup>, nō om  
nes Lutheranos esse doctos a deo, sed tatum hoc molitur, ut  
ipse præ cæteris peculiariter a deo doctus uideatur, ac proin  
de nemini subditus, sed superior cunctis habeatur, atq; omni  
um summus.

XXXIII ¶ Post hæc obijcit sibi de mulieribus q; ueritum sit docere.  
Quamobrem nec uideri posse uerbi ministerium eis esse com  
mune cum cæteris, quod tamen ipse commune singulis Chri  
stianis esse contendit. Pluribus itaq; probare nititur, q; liceat  
mulieribus docere, q; q; ius docendi commune sit eis cum ui  
ris, tametsi propter impedimenta quædam suum ius suppo  
nant alijs.

Q; si quis dicat. Qua ratione, si mulieres eiusmodi ius ha  
beant, P A V L V S hoc ab eis tollere possit. Lutherus hic su  
is fucis hunc locum oblinit ut non uideatur P A V L V S,  
illis ademisse ius docendi simpliciter, sed illic(ut ait) ubi sunt  
uiri potentes loqui, ut ne cōfundatur honestas & ordo.

Poth deum immortalem, q; nihil pudet Lutherum scriptu  
ras omnes temerare, & ad suam torquere libidinem? Si quis



De sacra fæcerdotij defensiōe cōtra Luthe. XL

expendat uerba Pauli, intelliget plane, deum potius q̄ Paulū  
hāc mulieribus authoritatē uetusse. Nam haud multo post  
præscribit Corinthijs, hoc non hominis, sed dei præceptum I. Cor. 14.  
esse. Sed Paulum audiamus. *Mulieres* (inquit) uestræ in eccl  
suis sileant, nec enim permisum est eis ut loquantur quemadmodum & lex dicit. Quod si quid discere uolunt, domi suos uiros interrogent. Nam turpe est mulieribus in cōcūm loqui  
An a uobis sermo dei perfectus est? An in uos solos incidit?  
Si quis uidetur propheta esse aut spiritualis, agnoscat quæ scri  
bo uobis, q̄ domini sint præcepta. Ecce lector Paulus hic mu  
lieribus primum indicit silentium, idq̄ non tam suo q̄ legis  
imperio factum esse monstrat. Non est permisum (inquit) eis  
ut loquantur, sed ut subditæ sint quemadmodum & lex dicit,  
hoc est, lex nō permittit eas in ecclesiis loqui. Sic enim 3. Ge  
nesis mulieri dixit deus. Sub uiri potestate eris, & ipse domi  
nabitur tibi. Quod si quis forte roget, num licebit illis, quum Nō sinūt mu  
dere quavis ambigant, scissitari quospidam? Respondet Pau  
lus. Si quid mulieres discere uolunt, domi suos uiros interro  
gent. Vides ergo lector tantum abesse, ut eas docere sinat  
PAVLVS, ut etiam de rebus necessarijs non patiatur eas  
in ecclesiis quemquā percōtari. Quin & adiçit turpe esse mu  
lieribus in cōcūm loqui. Quod si forsan huic admonitioni  
Corinthijs nollent acquiescere, sed morem hactenus ab eis as  
suetum sequi, tamen quia nec ipsi primi nec soli sint qui Chri  
sti religionem amplectuntur, ostendit illos aliarum ecclesia  
rum ritibus sese conformare debere, & maxime q̄ dei præcep  
ptum sit, quod iam eis tradidit obseruandum. Quis itaque  
nō plane cernit mulieribus ademptum esse ius docendi publi  
ce, quū & eis loquēdi ius p̄cepit o dei penit⁹ in ecclesiis auferat?

¶ Et tñ adhuc mordic⁹ insistit Luther⁹, ut liceat mulierib⁹ XXXIII.  
prophetare & docere, pro q̄ re nōnulla producit testimonia.  
Sed aduertēdū q̄ prophetare uarijs modis accipit. Nōnunq̄ Prophetare  
idē est, q̄ per exuberantiā spūs magnificare deum, hoc modo multifariam  
prophetare dicebantur hi, quibus baptismo suscepto manus accipitur  
imposuit Paulus, quēadmodū in actis cap. 19. traditur. Tunc  
enī communiter omnes ad dilapsum spūs linguis loquebant



## CONGRESSVS TERTIVS

- Secundo & prophetabant, hoc est magnifica dei locuti sunt, quēadmo dū & act. 2. decimoque scribif apertius. Alius prophetandi modus est uaticinari de futuris, & ad hunc modū legitur Agabus prophetasse. II. & 21. act. Tertius prophetādi modus, est scri pturas & linguas interpretari, quomodo crebrius apud Paulum usurpatur. Iam ex his facile patebit nihil prodesse Lutheris, z ro testimonia quæ protulit. Et primo Iohelis testimoniū, quod producit sic dicentis. Et prophetabunt filiæ uestræ. Petro do cet impletū fuisse quando spiritus sanctus uisibiliter descendit in apostolos & cæteros, qui tu credentes aderant in die pentes. Actorū. z costes. Sic em scribif cap. 2. hoc est quod dictum est per pro, Iohel. z. pheta Iohel. Et erit in nouissimis diebus dicit deus, effundam de spiritu meo super omnē carnē. Et prophetabunt filij uestri & filiæ uestræ. Sed ita prophetare non erat aliud quod dei magnifica loqui, quēadmodū iam diximus. Verū istud prophetando di genus aliud est ab officio docendi publice.
- Acto. 2 Quod subinde recenset de quatuor filiabus Philippi, Ma  
Exo. 15 riaque sorore Mosi, Olda quoque & Dibora, nihil cōtra nos fa  
cit, quū nulla istarum publico docendi munere fungebatur, sed uel de rebus futuris uaticinabantur, uel priuatim quosdā admonebant.
- Lucæ. I. Cæterz, uirgo beatissima, quæ drīm Iesum nobis peperit, quid mirū, si peculiari priuilegio totā ecclesiā adhuc suo can  
Maria super tico doceat. Quid mirum, si uerbi mater, uerbum ipsum cun  
omnes priu legiata &is anunciet. Ingente præ cæteris, hæc singularis & eximia uirgo meref prærogatiuā, quæ sola inter cæteras deū enixa est. Quare quod huic uni peculiariter donatum est, non debet ad cæteras argumento trahi. Veræ miseris illis qui uirginis hu  
Punient Mas ius glorioſæ præcellentiā, uel pilo minuere student, quod ta  
riæ laudes mi men a Lutheranis audio factitatū. Propter quod hauddubie manet eos ultio diuina, nisl maturius resipiscant: utquūque fue  
rit, uel de hac beatissima uel de cæteris, priuilegia paucoru (uti Hieronymus ait) non faciunt legem communem
- XXXV ¶ Quod postremo subiçit ex Paulo, falsissimū est. Nusque docet Paulus mulierē debere prophetare uelato uel non ue  
lato capite. Sic em possit & uelato capite docere, quod tamen



De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XL

omnino Paulus in cætū fieri uetuit. Hoc tamen dicit, q̄ om̄  
nis mulier orans aut prophetans, non uelato capite, dehonesto.  
Stat caput suū. Sed hoc longe diuersum est ab illo. Neq; enim  
ex hoc infertur q̄ liceat ei prophetare. Stat ergo uerbū Pauli  
qui nec sibi nec scripturis contrarius est, V etat omnino mulier  
eribus, ne quid in ecclesia uiris loquant̄, idq; dicit lege præscri  
ptū eis esse, & præcepto dei. Quamobrē & ius publice docē  
di uiros, mulieribus penitus ademptū est. Ex quo & liquet do  
cendi ministeriū non esse christianis omnibus commune, Sed  
iam concludentem Lutherum aduertamus.

XXXVI

¶ Concludimus ergo his robustissimis scripturis confir-  
mati, unū esse dūtaxat idq; cōmune omnibus christianis in eccl  
lesia ministeriū uerbi, q̄ omnes loqui & iudicare possunt, &  
omnes audire tenentur. Et quum scriptura aliud ministe  
riū ignoret, querimus ab idolis papisticis unde habeant suum  
ministeriū illud incōmunicabile omnibus. Agite, prodite ui  
ri papenses, ostendite unum iota scripturæ de ministerio ue  
stro. Hactenus ille.

Intelligis (opinor) iam optime lector, q̄ ex nihilo sic attol  
lit suas cristas Lutherus. Abunde liquet ex superioribus mi  
nisteriū pastore & præsidū, non esse christianis omnibus com  
mune. Sed adhuc non grauabimur aliud irrevincibile testimo  
niū afferre, quo siat perspicuū neuti q̄ conuenire mulieribus  
ministerium istud.

Constat utiq; multas & egregias fœminas dominū Iesum Luc. 8, 23, 24  
secutas fuisse, quæ etiā post ascensionē eius sancte inter ap̄los  
conuersabant̄. Hæ Christi concionibus & publicis & priua  
tis interfuerunt, perspexerunt miracula, sanctissimā eius uitæ  
consuetudinē contemplabant̄. Et tamen quū asciscendus er  
rat alius in ministeriū Iudæ, mulieres ipsas, quæ fuerant alio  
qui præstantissimæ, Petrus exclusit penitus. Sic em in'actis ca  
pi. J. tradit. Oportet (inquit) ex his uiris, qui nobiscum uersati  
sunt, toto tēpore quo dñs perpetuā uitæ cōsuetudinē egit no  
biscū &c. Manifestū igit̄ est, non potuisse fœminā ad illi⁹ mi  
nisterij sortē assumi, quandoquidē ex uiris hunc oportuisse de  
lectū fieri Petrus tā aperte doceat,

L



## CONGRESSVS TERTIVS

Cernis ergo lector q̄ nihil profecerit hoc impetu Lutherus,  
quū nondū ostenderit uerbi ministeriū singulis ex æquo con-  
uenire christianis, sed neq; unq; poterit. Quoniā si, quod Lu-  
therus conatur, nullū esset in ecclesia ministeriū, quod non in  
singulos tam uitios q̄ mulieres ex pari competeteret, nō exemis-  
set Petrus mulieres in cooptatione Matthiæ, neq; Paulus eas  
dem in ecclesiis loqui toties uetusisset. Sed hac arte, muliercu-  
larum gratiam conciliare sibi studuit.

Adde, q̄ Petrus nō solos eos qui presbyteri cōstituti fuīs-  
**I. Petri.** sent, admonuisset, ut gregē pascerent, sed indiscriminatim id  
chřianos oēs in cōmuni fuīsset adhortatus. Paulus etiā quū &  
ipse Miletii presbyteros ab Epheso cōuocasset, nō dixisset eis  
**Acto. 20** peculiarter. Attendite uobis & cūcto gregi, in quo uos spūs  
sanctus posuit e pōs, ad regēdū ecclesiā dei, quā acquisiuit san-  
guine suo. Si spūs sanctus presbyteris cōmiserit ecclesiā regē-  
dā, palā est & eos ministeriū quoddā habere, quod nō est gre-  
gi cū eis cōmune. Neq; unq; spūs, inter illos & gregē fecisset  
discrimen, si nō aliquo ministerio fungerent in gregē, q̄ gregi  
uicissim in illos fungi non liceret.

Adjiciamus & istud, q̄ quū illius temporis presbyteri, q̄  
q̄ per homines manibus impositis ordinarentur, fuissent ni-  
hilominus a spiritu sancto constituti, quemadmodum & Pau-  
**Acto. 20** lus hic asseuerat ob regendam ecclesiam, non est dubiū, quin  
ea, quae concorditer ecclesiis illi tradiderunt, a spiritu sancto  
fuisse profecta. Neq; enim credibile est tam celeriter post ipsi-  
us spiritus dilapsum, ullum dogma peruersum ab omnibus ec-  
clesiis fuisse receptum.

**XXXVII.** ¶ Testatur equidē Egesippus, Aniceti tēporibus, quem a  
Petro numerat undecimū, ecclesiā permāsse virginē. Cuius  
uerba si quis forte desyderet, subiungā. Vsc̄ ad illa tempora  
(inquit) uirgo munda & immaculata permanxit ecclesia, cor-  
ruptoribus ueritatis & diuini uerbi temeratoribus, aut nusq;  
omnino extantibus, aut etiā, si qui forte fuerant, in occultis  
& abditis hiaticis terræ dilitescentibus. Ecce lector nōdum  
penetrauit in ecclesiam publicus qui spiam ueritatis corruptor  
& diuini uerbi temerator.

De sacra sacerdotij defensiōe cōtra Luth. XLII

Simile quiddā & Irenaeus, qui Policarpū Iohannis apostoli discipulum audiuit, de Sotheris Aniceti successoris tempore scribit, Aniceto (inquit) successit Soher, qui nunc duodecimo loco ab aplis episcopatus sorte obtinet, & easdē quas apostoli tradiderunt prædicatiōes diuinæ fidei, integras illibatasq; custodit. At quorsum ista? Nimirum ut intelligamus, il lud syncærum incorruptumq; fuisse dogma, quod ab eius temporis scriptoribus unanimiter fuisset traditum. Quum igitur orthodoxi cuncti, qui temporibus ipsis, quicquā scripserant palam testeñ, presbyteros uere fuisse sacerdotes, ministeriū q; peculiare super gregem habuisse, quis dubitabit quin istud solidum & ueracissimum dogma sit. Sed age iam istud ostendamus.

Cōplures utiq; scriptores, tū græcos, tū latinos recēsimus, nūc solū pontifices memorabimus, qui Petro successerunt. De Clemēte supra diximus. Successit aut̄ huic Anacle<sup>tus</sup>, in cui⁹ decretis ita tradit⁹. Porro et Hierosolymitan⁹ prim⁹ archieps Hie archiepūs B. Iacobus, qui iustus dicebat, & secundū carnem, rosloly. domini nuncupatus est frater, a Petro, Iacobo, & Ioanne a postolis est ordinatus, successoribus uidelicet dantibus formā eorū, ut minus q; a tribus epi⁹s, reliquis omnibus assensum præ Episcoporū bentibus, nullatenus epūs ordinet⁹, & cōmuni uoto ordinatio ordinatio. celebret. Reliqui uero sacerdotes a proprio ordinent⁹ epi⁹, ita, ut ciues & ali⁹ sacerdotes assensum p̄beant & ieunātes ordinationē celebrēt. Similiter & diaconi ordinent⁹. Ceterorū aut̄ graduū distributio, triū ueraciū testium, epi⁹ scilicet probatiōe sufficere potest. Et rursum in eisdē. Sacerdotū fratres ordo bipartitus est. Et sicut dominus illū cōstituit, a nullo debet perturbari. Scitis aut̄ a domino apostolos esse electos, & cōstitutos, & postea per diuersas prouincias ad prædicādū dispersos. Cū uero messis cōcepisset crescere, uidēs paucos esse operarios ad eorū adiumentū septuaginta eligi præcepit discipulos. Epi⁹ uero duodecim apostolorū. Presbyteri q; septuaginta discipulorū locum tenent. Hæc Anacletus.

Post hūc successit Euaristus, in cuius decretis ita egitur.  
Vnū nos fratres sentire oportet, & agere, ut sicut legimus, in

Presbyteri ha  
buerū minis  
teriū singlare

## CONGRESSVS TERTIVS.

nobis unū cor & una anima esse probet. Scimus nāq; sicut & a patribus accepimus Christū esse caput, cuius & mēbra sumus, & ideo unū patrē habem⁹ dñm in cōelis. Sacerdotes uero vice Christi legatione funguntur in ecclesia.

Post hunc Alexander electus fuit, qui similiter in suis decretis, postq; ueterat sacerdotes a clericis iniuste accusari, tandem subdit, peius malum fore non æstimo, q̄ christianos suis inuidere sacerdotibus.

Sixtus instip⁹ Alexandri successor in suis decretis ita scribit, Cognoscat uestra sapientia fratres charissimi, quia in hac sancta apostolica sede, a nobis, & reliquis episcopis, cæterisq; dñi sacerdotibus statutū est, ut sacra uasa nō ab alijs, q̄ a sacratis dominis dicatis contrectentur hominibus.

Thelesphorus itidē successor Sixti de sacerdotibus & epis loquens in decretis suis ait. Ipsi aut qui proprio ore corp⁹ dñi conficiunt, ab omnibus sunt obediendi, & timēdi & nō dilacerandi aut detrahendi, quia a quibus se dñi populus benedici, saluari, & instrui cupit, nullatenus eos debet arguere, nec uulgas in eoꝝ accusationē suscipi. Populus em⁹ ab eis docendus est & corripiendus, nō ipsi ab eo, quia nō est discipulus super magistrū. Nullo ergo modo dñi pontifices & reliqui sacerdotes, quibus dñi cōmissa est plāebs, rite populum possunt corrigeri, si deceptionis se cognouerint laqueo infestari. Vno de iustū est omnes in uniuerso orbe doctores legis, ea quæ legis sunt sapere, & nō sacerdotes dñi labijs suis, aut quibuslibet machinationib⁹ maculare. Dum em⁹ ipsos disponūt, aut cipiunt maculare, potius seipsoſ maculant & uulnerant. Dei ergo ordinationē accusat qua constituunt, qui sacerdotes accusat uel damnari cupit.

Eginus uero qui Thelesphoro successit, nullā de sacerdotibus sub hoc nomine mentionē facit in decretis, quæ cōmuni ter canonibus apostolorum annexuntur.

Sed neq; Pius qui successit illi quanq; Ibo Carnotensis epūs, vir mire diligens, in quinta parte collectionū suaꝝ sic recenset Piū ipsum tradidisse. Sicut qui ecclesiā dei uastat eiusq; prēdia & donaria expoliat & inuadit sit sacrilegus, sic & ille qui eius.



De sacra sacerdotij defensiōe cōtra Luth. XLIII

sacerdotes insequit̄, sacrilegij reus existit, & sacrilegus iudicat̄  
Sed quid multis opus est.

Hos omnes constat ante Sotherē & Anicetū urbis Ro,  
manæ fuisse epōs, & hæc de sacerdotibus quæ iā recensuim⁹  
aperte tradidisse. Quare quū Egesippi patiter & Irenæi testis  
monijs, ut ostendimus, patet ecclesiā ad Sotheris & Aniceti  
tempora permansiſſe virginē incorruptā & inuiolatā, non q̄  
unq̄ uiolari possit, sed q̄ nondū quisq̄ in eā irrepserit hæresis  
archa, qui publice conatus fuisset eā contaminare, manifestū  
est identidē & ministerium ipsum, quod sacerdotū proprium  
est, non tū fuisse plæbi cōmune. Id quod iustissima ratione di-  
uinitus ordinatū est. Plæbs eī formā gregis tenet, cui regen-  
do, sacerdotes uelut pastores præficiuntur. Propter quod & Iohan. 21.  
Christus Petro iam tertio dixit. Pasce oues meas. Et profecto  
quēadmodū, oues ubi pastores abfuerint, pluribus malis affici-  
untur. Quædā eīm aberrant & dispergunt a reliquo grege, q̄  
dam in morbos incident, quibus nīsi medela protinus adhibe-  
atur, euadunt incurabiles. Aliæ a lupis atq̄ cæteris id genus  
cruelibus færis deuorant. Nonnullæ q̄ nō statis ad aquas &  
pascua dūcan̄ remporibus, siti fameq̄ sæpius intermoriūtut.  
Sic nimirū & populus (nīsi maxima solicitudine pastores eius  
gīlent) quidā in morbos animi dilabunt, & in omne scelus tu-  
unt, quidam per hæreticos & scismaticos deperiunt & lanian-  
tur misere. Multi fame sitiq̄ pereunt ob diuini uerbi penuriā.  
Innumeri deniq̄ per inuia discurrent, & a recto tramite lon-  
gius diuagant, ut quēadmodū in proverbijs Solomon ait. V, Prover. II.  
bi nō est gubernator, dissipabit̄ populus. Ista, nīsi cotidie fieri  
nostris oculis conspicaremur, auderet forte quisq̄ impudēti⁹ Sacerdotū ne  
or ea penitus inficiari. At cōpertissimū habemus, ubi sacerdo gligentia plu-  
tes gregē sibi cōmissum pascunt uerbo, pariter & exēplo, po- rimū obest.  
pulus a multis erroribus cohibet. Et contra, quū sacerdotes of-  
ficia sua negligenter agunt, populū in malorū omniū bara-  
trū, precep̄ corruit. Ea propter hauddubie Christus, quū pu Matt. x.  
sillū admodū haberet gregē, duodecim ap̄los instituit, quibus  
& septuaginta discipulos adiecit utriscq̄ mandans, ut doceret̄ Iohan. 21.  
plæbē, Petro tamen (quē suo gregi primariū reliquit pastorē)

## CONGRESSVS TERTIVS

id officij peculiarius iniunxit, nimirū, ut si se amaret, gregem suū studiose pasceret. Præter hæc, & apostolis siue per Christum, seu per Christi spiritū facta est potestas, ut illi pro suo iudicio presbyteros consecrarent, consecratosq; præficerent ecclesiis. Necq; defuit sponsio futuræ gratiæ, quoties illi cuipia ad hunc finē suas essent imposituri manus.

XL

*¶* Nam (opinor) intelligis lector, & neuti q; obscure, totā Lutheri iactantiam, quā aduersus sacrum sacerdotium euomuit, prorsus in nihilū euanuisse. Vbi nunc est quod tam arroganter affirmarat nullū esse uisibile sacerdotiū, nisi quod humanis mendacijs esset per Satanam erectū? Iam enim abunde constiuit sacerdotiū aliquid esse quod non cunctis christianis cōmu-ne sit, idemq; diuinitus fuisse institutum. Et sane si de uocabulo sacerdotiū nusq; extaret sermo, tamē q; de re sacerdotiū, hoc est de presbyteratu in scripturis tā copiose traditū sit, nimisq; stolidū fuerit ipsum incēdere uelle. Cæterū q; tam res q; nomen clatura sacerdotiū palam ex ipsis scripturis afferatur, tantusq; huic negocio priscorum numerus unanimiter astipulet nec sit quisq;, aut ex recensioribus, aut ex veteribus illis orthodoxis qui dissideat, sed nec ulla queat adduci aut ratio aut scriptura qua possit inferri contrariū, quid insanius aut impudenterius cogitari poterit q; huic tam clarissimæ ueritati tenebras ulas inīcere conari? Quoniam igitur hactenus firmatū est sacerdotium, quo stabilito non possunt non cōsequi cætera que de sacrificio missæ tradita sunt a patribus, nihil opus fuerit hic reliqua conuellere, quæ Lutherus contra missæ sacrificium non minus stolide q; impie deblaterauit. Nam alibi fuisit ea res a nobis tractatur, nimirū in apologia qua Lutheri cauillos in libellum illustrissimi pariter & doctissimi regis explosim<sup>o</sup>. Quamobrem & huius disceptationis hic iam finis esto.

*Soc. J. Paderb.*

Coloniæ in officina honesti ciuis Petri Quentel

Anno M D XXXV.



Errata aliquot per pauca.

Folio primo, facie prima, linea a penultima, leg. sacerdotij laruas.  
Fo. 2. fa. 1. li. 5. leg. in cis eruditio[n]e.  
Fo. 3. fa. 1. li. 4. a fine, leg. quia sacerdotes.  
Fo. 4. fa. 2. li. 10. a fine, leg. Tanta auditorum  
Fo. 2. fa. 1. li. 15. leg. & nos omnes secum, De quo &c.  
Eodē, fa. 1. li. 19. leg. Vna enim oblatione consum.  
Eodē, fa. 1. li. 8. a fine, leg. quicq[ue] christiani.  
Eodē, fa. 1. li. 6. a fine, leg. præter Christum illis.  
Eodē, fa. 2. li. 19. le. & maxime Galathas.  
Fo. 11. fa. 1. li. 9. leg. gradibus institui.  
Eodē, fa. 2. li. 10. a fine, leg. fit ut ad multo.  
Fo. 14. fa. 2. li. 17. leg. oportet emitt[i] &  
Fo. 15. fa. 2. li. 10. a fine, leg. a se missis missus sic.  
Fo. 16. fa. 2. li. 13. a fine, leg. hunc docebat  
Fo. 19. fa. 1. li. 14. leg. apud posteros remanet.  
Fo. 26. li. 5. leg. promittens.  
Fo. 28. fa. 2. li. 12. mundo liberata.  
Fo. 34. li. 34. haec uarietas.

de

156  
Legit & perficione.  
In primis & in aliis dnoa etna certus  
omnes ut preci pueris  
et manu eto hunc ex placere nra





UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN





UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



currit iū sc̄m̄ sine timore  
et p̄ne cupiditat̄ tractat. **C**on  
tum illigat nō possū continē dū  
tio. n̄ ē nō posse īcā. si p̄ḡ n̄ uel  
pa uix ubū ag. **C**ix. p̄ q̄  
dīe se n̄ posse cōtinē utrum  
q̄ n̄ pot̄ cōtinē suis uīnib̄  
sunt a auxiliis. intelligit q̄ i  
m̄as a s̄m̄ possit. Si s̄o m̄ hoc  
m̄ifeste fl̄m̄ et ī sap̄ h̄elī. si p̄  
ligat h̄ plane uīm̄. Sine ad  
uī o cīm̄ dīno nich̄ possim̄. uī  
p̄s̄ me nich̄ p̄cedis facē. q̄  
m̄. Nō q̄ sufficiētes sum̄ co  
gnit̄ ad ex nob̄ q̄ excus. Si suffici  
entia ex teo ē. q̄ ag. Om̄e sine  
h̄ s̄t̄ os̄ cont̄ mei 7 sap̄. uī  
m̄ q̄m̄ alī nō possū cē atq̄  
n̄ et q̄ h̄ ip̄m̄ et ap̄ sap̄. me c̄  
vīnū. abu dīm̄ ec̄ dīp̄c̄t̄ cū.  
et cōq̄t̄ d̄ sap̄ q̄ pot̄  
h̄. **I**llo. q̄ s̄t̄ es̄ i possibl̄  
m̄ et possibl̄. **M**ic̄  
imp̄ibl̄ ē ap̄ h̄. es̄ i p̄s̄  
cupiditatib̄ cōnt̄ant̄. q̄ h̄.  
uēm̄ adīne. q̄ m̄s̄ tra  
lli. **H**ec̄ a uī. uīt̄ ē olt̄  
de quīnib̄ suis saluī n̄ pos̄.  
n̄ abstine. hec̄ p̄fuaſo eis p̄  
om̄e eo. **R**ata ual̄ eis utilia  
m̄ iustiſ. at̄. si adeccuti adā  
ata. p̄fūpt̄. fiduciā q̄ cōr̄  
q̄ uobūt̄. d̄ q̄ s̄t̄ i ec̄. **R**epr̄  
m̄oss̄ m̄tos pdit̄. sum̄ r̄fa  
le. q̄ n̄ p̄ c̄ lib̄ ē dīa refūt̄. sp̄  
at̄. et p̄ c̄t̄. et illigat̄ uīnib̄. m̄  
uīnib̄ et se rosse libare. cū sc̄p̄

ul̄ q̄ p̄ se cōt̄. n̄ possibl̄  
tationis cōdū. m̄ possibl̄. q̄ se  
sp̄at̄ se p̄fractū cāl̄. **S**ec̄  
p̄llū aḡt̄ p̄t̄or̄ ob̄t̄. b̄.  
fouei p̄se p̄t̄. re cōd̄ i  
ei resistentē. i. q̄ amplī ē  
hoīes cū morte. t̄m̄ali mor̄.  
se ip̄os refūtare posse. **N**on  
dicas. q̄ i p̄s̄t̄ se nich̄ possibl̄.  
m̄fūto q̄m̄ ex se erūt̄ ip̄t̄.  
uīt̄o i. **O** q̄ cū diu  
derit. q̄m̄ a t̄m̄ m̄aḡ laborabū.  
pedieb̄ salutē. **T**h̄e ē calē  
m̄fidaſ. i. sum̄ hoīes. q̄ h̄i p̄  
t̄m̄ ē p̄p̄t̄ i n̄gn̄. **T**ū m̄fidaſ.  
c̄ aeo illi. t̄ m̄q̄oīa se p̄t̄.  
acc̄ p̄ h̄ mot̄. res ad̄ q̄ gra  
ter̄ sibi. p̄p̄t̄. m̄ne en̄ autib̄  
nō. ossūt̄. el̄. **L**argēdo. dīm̄  
p̄t̄uſtaḡ. f̄. e. uīnū. i. t̄  
lāndo. **T**erti. p̄t̄. mon̄i ad  
gant̄ se q̄m̄ fūnāt̄. q̄ possibl̄.  
sibi uident̄. offīclā. **D**ō  
iuuare eos q̄ se nō uīnā.  
fungit̄ se q̄i ip̄i fūnāt̄. **S**ec̄  
dīc̄līe. c̄lūḡt̄. fīc̄t̄.  
q̄i abeo q̄dī. se nō possibl̄  
aut̄ uīs̄. cont̄uī. q̄ nō pot̄es.  
q̄ t̄ n̄ m̄s̄. sum̄. q̄ n̄ pot̄es. i.  
d̄s̄ q̄ pat̄. t̄c̄ t̄p̄t̄. fūnāt̄.  
um̄. p̄ceea nō ne c̄adis.  
sis cū eo q̄ oīa p̄t̄. sic uīgā  
n̄ h̄t̄ n̄ v. solides. t̄o. q̄ rex.  
m̄līa m̄arch̄. non p̄ e.  
illō possibl̄. cui dīfectū possibl̄.  
p̄t̄. et sup̄l̄. **S**i a m̄t̄.  
m̄extūtibl̄ es. **V**lt̄. q̄

